

potest limitari, nisi iste Vicarius generalis non habens specialem facultatem predictas literas concedendi, successisset aliquibus Vicariis eam habere, & licentias huiusmodi concedere solitis: argumen. text. & quae ibi notantur in l. cum de in rem verso. ff. de usuris, Bald. etiam in l. si certis annis. num. 6 in 3. oppos. C. de pact. Dec. cons. 146. & pro tenuis. olum. 2. post princ. & pulchre per Hieronym. Gratium, respons. 1. num. 90. lib. 1. ubi loquitur de potestate Vicarii generalis: & in terminis per predicta ita tenet Mandos. ubi supra, &

28 n. 15. qui n. 13. assignat aliam limitationem in Vicario a Papa constituto in exemplis, de quibus ibi per eum: Adde tu aliam in cap. fin. de supplend. negligentia praelat.

29 in nempe in visitatore a Papa Ecclesie Cathedrali vacanti constituto; Hic enim cum spiritualium & temporalium administrationem censetur habere, vt in dist. c. fina §. fin. has literas commendatitias concedere poterit, argum. text. in dist. cap. cum nullus, §. Episcopo, ibi: Sen is ad quem tunc temporis administratio spiritualium nescitur pertinere, dare possunt licentiam ordinandi, & ibi expresse tenet gloss. verb. is, cum qua transeunt ibid. Dd.

30 Vltimo in proposito illud silentio praeterendum non duxi quod si clericus sit ab alieno Episcopo Ordinatus, & in literis Ordinationis dicitur, hoc esse factum ex licentia Episcopi ipsius Ordinari, illi credendum est, quia modicum momenti & prauidicij est causa haec, vt in terminis probat Cardinal. in cap. Albericus, de testibus, prout eum refert & sequitur Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. quaest. 76. n. 10. Adde ego aliam non minimam rationem, quoniam in dubio non est praesumendum delictum, vt in l. merito ff. pro soc. cum siml. Quare non est praesumendum, quod Ordinans abique literis dimissoris sui Ordinarij eum ordinasset, cum alias remaneret suspensus a collatione Ordinum per annum, vt in c. 8. de reformation. Sess. 23. Sacri Conc. Triid. Accedit, quod hic non agitur de alterius prauidicio, & ideo metrio, vt praedict. literis Episcopi Ordinatoris in hoc credendum atque standum sit, arguor, quae post longam disputationem resoluit Ias. in reper. l. admonendi. n. 175. de iur. iur. ubi quod licet Cardinal. etiam legato a latere, vel alias viro nobilissimo, non credatur, nisi ostendat rescriptum vel mandatum, hoc procedit & locum habet in his, quae sunt in prauidicio alterius, secus vero erit in his, quae non sunt in prauidicio alterius, vt in facultate & potestate concessa ad absolendum, dispensandum, concedendum indulgentias, & similia, de quo etiam per Fel. in c. cum in iure peritus, n. 6. de offic. deleg. & quod in hoc, de quo agimus, credatur Episcopo Ordinanti, nempe, quod habuerit licentiam Praelati Ordinarij, tenet etiam vltra praedictos Petrus Rebuff. in sua praxi benes. in tit. de formal. dimissor. n. 36.

S V M M A R I V M.

- 1 Usura est prohibita & reprobata iure naturali.
- 2 Lege Evangelica nihil praecipitur, nec vt illicitum prohibetur, quod non sit iuris naturalis legibus vel praecipitur vel prohibetur, praeter ea, quae circa Sacramenta & Fidei Catholicae articulos instituta sunt.
- 3 Usurarum crimen contra naturam vocant Aristot. & omnes Philosophi, & dicitur Thomas sicut nefandum, quia vis sit pecunia.
- 4 Usura est prohibita iure diuino veteris Testamenti & Noui.
- 5 Usura est peccatum mortale, adeo, vt contrarium afferere sit haeresis.
- 6 Usurae sunt omnino prohibita iure canonico.

- 7 Usura iure ciuili Pandectarum, & iure Codicis iura certum modum erant permissa.
- 8 Usura an iure Ambrosianorum sit prohibita?
- 9 Usurae omni iure, naturali, diuino, canonico & ciuili sunt prohibita.
- 10 Usurae sunt prohibita iure Regio, quo vsurarius seuerè puniri praecipitur, hoc est indubium.
- 11 Clerici vsurarij pena veniunt sine.
- 12 Usura reputatur apud omnes res illicita, & ideo pro eius crimine potest quis criminaliter puniri pena extraordinaria, & sic arbitraria.
- 13 Index laicus & secularis, an possit de causa vsuraria cognoscere criminaliter, panque pecuniaria vsurarios punire, & numeris sequentibus, n. enim 14. ponitur opinio negatiua, n. vero 15. affirmatiua, & haec probatur.
- 14 Crimen vsurarum ultra modum a legibus antiquis permissum est mixti fori, iura vero Ecclesiastica fori tantum est, vt in n. 17.
- 15 Crimen vsurarum hodie mixti fori est, ita vt index secularis contra laicos vsurarios cognoscit: Ecclesiasticum vero contra clericos huiusmodi, sed praxis accepti vt hic contra viroque cognoscere possit, vt in n. 19.
- 16 Usurarius non manifestus, an in foro canonico a iudice Ecclesiastico aliqua pena puniri valeat.
- 17 Index secularis de causa vsuraria cognoscere potest tantum quando versatur quaestio facti, scilicet an sit factus iuris, quia tunc solus Ecclesiasticus cognoscit, non autem laicus.
- 18 L. 36. tit. 6 lib. 3. Non. Collect. Reg. intellectus.
- 19 L. 4. tit. 8. lib. 3. Ord. vet. hodie l. 1. tit. 2. lib. 4. Nou. Coll. intellectus, & n. seqq.
- 20 Index secularis non potest etiam incidenter cognoscere super usura, nec parte excipiente contractum esse vsurarium, nec illi statuerè terminum, intra quem probet praedictam exceptionem, vt in n. 23. sed contra n. 27.
- 21 Index secularis, coram quo instrumentum quarentium exsequitur, opposita contra id exceptione vsuraria, quod possit ac debeat eam admittere, ac cognoscere de ea, causamque decidere, sine quaestio sit iuris, sine facti, quod procedit, etiam si coram Ecclesiastico pendat lit super usura dist. contractus, vt in n. 28. & etiam si index Ecclesiasticus inibeat super hoc secularum, vt in n. 29. & 30. & quid tunc temporis facere debeat index secularis ad euadendam excommunicationem Ecclesiastici, n. 32.
- 22 Exequutio instrumenti annuis praestationes continenti retardari non debet per exceptionem vsurae, vel nullitatis contra illi oppositam, si iterum atque iterum fuit tam exequutioni mandatum.
- 23 Dominum rei acquisita per vsuram, an transeat in vsurarium, & n. 34. & 35. quod dominium aliarum rerum acquisitarum ex pecunia vsuraria bene transeat.
- 24 Res empta ab alio ex pecunia mea, non efficitur mea, sed illius, qui eam sibi emit.
- 25 Usurarius non tenetur restituere debitorum rem, seu lucrum ex pecunia vsuraria acquisitum, quamuis pecuniam ipsam restituere tenetur.
- 26 Usurarius tenetur restituere rem acquisitam per vsuram cum fructibus: & praeterea ad restituendum omne damnum ob exactam vsuram debitor obuentum, & praeterea de lucro cessante rei lacrosse, quae non transeat in eius dominum, non autem rei non lacrosse, quae transeat in eius dominum, alio commixta.
- 27 Tertius possidens rem per vsuram ab alio acquisitam an & quando conueniri possit pro ea & an alienari

alienari potuit titulo oneroso vel lucratio, & numer. 44.

- 40 Gener accipiens in dotem bona vsuraria, vel restitutioni obnoxia, an & quando tenetur ad restitutionem & quid in filia eius uxore? num. 41.
- 41 Bona vsurarij an & iure sine tacite hypotheca pro vsurarium restitutione, & num. 43.
- 42 Text. in cap. cum tu, de vsuris, intellectus.
- 43 Heredes vsurarij tenentur ad restitutionem vsurarum siue filij sint, siue extranei.
- 44 Heredes iure ciuili ex delicto defuncti non tenentur, nisi lite cum defuncto contestata, vel ex ea parte, quae ad eum peruenit, & n. 55. & 56. Quod procedit etiam in actione penali pro ipsa, vel pro interese, vel damno vt in n. 48. Limitatur in conditione sortina propter furti frequentiam, vt in n. 49. Item de iure canonico id regulare est, vt in num. 50. Itaque in hoc est discrimen inter ius canonicum & ciuile, vt in n. 51. quomodo procedat, quod de iure canonico diximus.
- 45 Heredes vsurarij virginis decedentis ante litem contestatam, non possunt iure ciuili attentio conueniri pro damno, interese vel dote, secus iure canonico.
- 46 Usurarius non tenetur ex delicto, sed ex quasi contractu, nempe conditione indebiti.
- 47 §. his autem verbis, Inst. de l. Aquil. intellectus.
- 48 Propria natura inspicienda est, & iuxta illam iudicandum, non vero secundum accidentalem.
- 49 Actio penalis oriens ex contractu transit ad heredem, etiam iure ciuili attentio, si dolus commissus in contractu, vel circa contractum purgatur per actionem orientem ex illo contractu, & non per actionem aliunde descendente. Natura contractus est, vt actiones ab eo descendentes, transeat ad heredem, & ideo merito ipsi tenentur, num. 59.
- 50 Modus adiectus in contractu si non adimpleatur, res condicuntur & venduntur.
- 51 Locator potest ob pensionem non solutam expellere conductorem, vel eius heredes.
- 52 Ius canonicum praecipiens, vt actiones penales transeat in heredem, licet nihil ex crimine ad eos peruenit, nec lit fuerit cum defuncto contestata, seruandum est etiam in foro ciuili.
- 53 Heredes vsurarij non in solidum, sed pro portionibus hereditariis tenentur sicut pro alijs debitis, & quid si alter eorum fiat non soluendo, num. 64.
- 54 Heredes vsurarij an tenentur in conscientia vltra vires hereditarias, si inuentarium non fecerint.
- 55 Lex ciuili praecipiens, vt heres non consciens inuentarium, teneatur vltra vires hereditarias, est fundata super praesumptionem, quod bona defuncti occultauerit heres, qui inuentarium non fecit, atque ea subtraxerit.
- 56 Haeres in foro animae regulariter non tenetur ad debita defuncti vltra vires hereditarias non confecto inuentario, si reuera nihil occultauerit, & quantum habuit, soluit. Sunt qui hoc verum intelligunt quoad legatarios, secus vero quoad creditores, vt in n. 69. sed quoad viroque communis sententia negatiua verior, & tenenda est, vt in num. 70. Limitatur, num. 71.
- 57 Lex humana, quae iusta est, etiam in foro animae est seruanda.
- 58 Haeres non consciens inuentarium, in foro contentioso canonico tenetur vltra vires hereditarias.
- 59 Ecclesia & clerici heredes defuncti an tenentur vltra vires hereditarias, si inuentarium non fecerint.

De usura, quod sit omni iure prohibita, & an sit crimen mere Ecclesiasticum, vel mixti fori.

IN primis + vsuram esse illicitam atque reprobam iure naturali, inter alias plures, illa satis infirmat communis nostrorum ratio, quod mutans, dominium pecuniae mutuae in mutuarium transferat, vnde tunc recipiens vsuram, recipit lucrum in re aliena in recompensationem temporis, quo mutuum durat, quorum vtrumque est irrationabile, & iuri naturali contrarium, cum & ipsum tempus sit commune omnibus animalibus, & ideo non est redimendum ab aliquo simplicitate & per se sumptum, nec est in commercio, sicut nec aeternae mare, vt in l. ff. de re iudic. diuisione, & nemo praetera iure naturae debet locupletari cum iactura aliena, vt in l. nam hoc natura, ff. de condit. indebit. & in l. iure natura, ff. de reg. iur. ita Roman. post Innoc. & Bald. quos refert cons. 500. col. 2. quam rationem sequuntur atque probant Laur. Rodulph. in c. consulti, in princ. n. 16. de vsur. Phil. Franc. in c. 1. in princ. de vsur. in 6. Alex. cons. 49. n. 5. vol. 1. Bald. cons. 443. vol. 3. Natra cons. 369. n. 5. Afflicti in consil. Regni, de vsur. punct. §. vsurarium n. 2. D. Couar. lib. 3. var. resol. c. 1. n. 5. in princ. ibi: Nam domino inuito, & vbi alius quam pluribus rationibus id comprobatur, & Octavianus Cacher. decis. Pedem. 37. n. 7. ibi, quod ratio, quae prohibuitur est mutuanam, & c. vbi etiam alia adducit: sed hoc manifestum sit, cum vsura iure diuino Evangelico vetita sit, vt infra statim docebimus: Ergo iure naturae quoque prohibita est: Nihil + siquidem lege Evangelica praecipitur, nec vt illicitum prohibetur, quod non sit iuris naturalis legibus, vel praecipitur, vel prohibuitur, praeter ea, quae circa Sacramenta & Fidei Catholicae articulos instituta sunt, secund. Sanct. Thom. 1. 2. q. 108. art. 1. & 2. & quodlib. 4. art. 13. D. Couar. in 4. de sponsal. 2. p. c. 6. §. 10. n. 1. & d. lib. 3. var. resolut. cap. 1. n. 5. vers. siquidem lege Evangelica. Quibus & alijs rationibus, quod vsura iure naturae sit prohibita, tenet S. Thom. 2. 2. q. 78. art. 1. Scotus & communiter Theologi in 4. dist. §. 2. Dominicus a Sot. lib. 6. de iust. & iure, q. 1. art. 1. Ioan. And. in reg. peccatum de regulari. in 6. col. 4. & Conradus latissime de contract. q. 22. concl. 2. est communis, secund. Couar. d. lib. 3. var. resol. c. 1. n. 5. vers. his tandem, & alius, vbi eam sequitur & affirmat, quod ita tenet Scotus & frequentissimo omnium consensu Theologi vbi supra, quos refert & sequitur Iul. Clar. lib. 5. reprobatur, sent. §. vsura, in vers. sciendum est autem, & plures alios referens decis. Pedemont. vbi supra, num. 9. & probat late Mercad. de trasor. y contratos, in opusculo de vsura, cap. 6. per totum, vbi + quod Aristoteles & omnes Philosophi & S. Th. 3 vocant hoc peccatum contra naturam sicut nefandum, quia vis sit pecunia.

Iure + autem diuino veteris testamenti vsuram esse prohibitam probatur ex illo Ezech. c. 18. vbi Dominus loquens de eo, qui ad vsuram dederit, ait, quod talis non viuet, sed morietur: Item Psal. 14. loquens Propheta de habituro in tabernaculo Dei inquit: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. Ex nouo Testamento passim adducitur ille locus Luc. 6. Mutuum date, nihil inde sperantes, quem in hunc sensum, vt crimen vsurae sub praecipio & mortalis culpe reatu prohibuit sit, Ecclesia Catholica interpretatur in d. c. consulti, de vsur. probatur etiam in c. quia in omnibus, & in c. super eo, eod. tit. de vsur. & quamuis quibuldam visum fuerit, ibidem non probari, vsuram iure Evangelico prohibita esse, cum Christus Iesus potius illis verbis,

de quibus ibi, consulat, quam præcipiat: Prior tamen sensus ad vlturam prohibitionem, utpote ab Ecclesiâ, quæ Spiritu sancto dæce scripturam factam interpretatur, receptus omnino tenendus est, atque ita Theologi & Canonistæ frequentissimo consensu existimant, vlturam iure diuino etiam Euangelico, veritatem esse: ad quam rem plurima adducit testimonia, Peraldus Episcopus Lugdunensis in *summa de vitiis & virtutibus*, 2. *tom. in tract. de auaritia c. 1.* secundum D. Couat. *lib. 3. var. resolut. cap. 1. num. 5. vers. iure diuino*: sequuntur etiam Didac. Perez in *rubr. tit. 2. lib. 8. ordin. pag. 24. col. 2.* & Mercad. *ubi supra, circa fin. d. cap. 6. in vers. 7. lo mismo*: idem fatentur Iulius Clar. & Octau. *ubi supra*, qui alios plures citant, & hoc expressim affirmat l. 1. & 5. in *princ. tit. 6. lib. 8. Nonæ Collect. Reg.* quod latè etiam probauit Nauar. in *Manual. Latin. cap. 17. n. 207. vers. & quod vltura*, vbi quod est vltura illicitum luctum, & velle vel accipere eam, sit peccatum mortale, adeo, vt contrarium asserere sit hæresis, vt in *Clement. 1. de vltura*, & quod sit peccatum mortale, tenet S. Thom. 2. *quæst. 78. art. 1.* & ibi Caiet. & in 4. *dist. 33. quæst. 2. art. 2.* & in aliis locis relatis à Didac. Perez *ubi supra, col. 1.* & accipiens vlturam, ad restitutionem tenetur cum fructibus & interesse, non verò tenetur luctum vel rem ex pecunia vlturata acquisitam restituere, vt plures allegans probat Mercadus *ubi supra, cap. 11.* & Couat. *d. lib. 3. cap. 3. num. 6. vers. sed ad huius*.

6 Iure tamen canonico prohibita sunt omnino vlturæ, vt in *toto tit. de vltura in Decretis, & in lib. 6. & in Clement. & in Decreto 14. quæst. 3. & quæst. 4.*

7 Iure autem t. ciuili antiquo Pandectarum & Codicis quamuis intra certum modum permixta essent, vt in *l. placuit. ff. de vltura, & in l. eos, C. eod. tit.* quam opinionem dicit esse communem Alciat. in *cap. 1. num. 78. de officio ordin.* & quod vlturam non omnino prohibeat lex ciuilis, dicit esse quasi communem opinionem Christoph. de Castell. *conf. 38. post. num. 8. Caraita super 22. ritu magna Curie, num. 5.* prout eos refert Iul. Clar. *vbi statim citabitur, & inquit Couat. d. cap. 1. n. 6. in princ.* quod eam defendit Carol. Molin. Theologus

8 & Canonistis refragantibus: Iure tamen authenticorum, nempe in *auth. de Ecclesiast. tit. in princ.* à Iulianiano Cæsare prohibita sunt, saltem implicite: Ibi namque præcipit disposita in quatuor Conciliis Ecclesiæ Catholice, & quibus Nicæna synodus vlturas prohibuit, vicem legis obtinere, & sicut leges obseruari: & quod in Concilio Nicæno prohibeantur vlturæ, *cap. quoniam, 47. dist.* Ergo & à Iulianiano prohibite tenentur: ita tenet gloss. *auth. ad hæc, de vlturis. gl. etiam in d. cap. quia in omnibus, & in c. quid dicam, 14. quæst. 4. Salyc. in d. auth. ad hæc, C. de vlturis. n. 3. & 5.* est communis secundum Abb. in *cap. cum sit, n. 18. vers. 1. tenendo, de for. compet.* & dicit, neminem de hoc dubitare, Alex. *conf. 49. n. 1. lib. 4.* est communis secundum D. Couat. *ubi supra, d. cap. 1. n. 6. & decis. Pedemont. supra, d. n. 8. & 9.* vbi plures allegat, sequitur etiam & communem affirmat, dicens, ab ea, tanquam veriori & magis communi non esse aliquo modo in practica recedendum Iul. Clarus *ubi supra, in vers. difficultas est, & decis. Pedemont. ubi supra, num. 13.* & Didac. Perez etiam *ubi supra*, testatur communem Nauar. *ubi supra, num. 208. ibi*, & quod nunc etiam, tametsi Couat. *ubi supra, d. cap. 1. num. 6. vers. ego sanè, cum Abb. ubi supra, & Conrado de contractibus, quæst. 22. conclus. 10. & 12.* non ineleganter arbitretur, ac probet, Iulianianum nunquam propriis sanctionibus vlturas reprobasse, sed imo eas suis legibus permixtas ac approbasse, & ideo improbatas esse censet, cum iuri naturali & diuino refragentur: quicquid minus rectè Iulianianum in hoc pugnata quadam ratione excusare nitatur Alciat. *lib. 6.*

parerg. iur. cap. 20. Menoch. ipsum sequutus de arbit. iud. lib. 2. cent. 1. casu 82. n. 9. & 10. quamuis enim implicite Iulianianus vlturas improbat, vt constat *ex d. auth.* explicite tamen eas suis legibus inique permisit, vt Couat. cum iudicio perpendit, prædictaque ideo leges Iulianiani rectè improbat.

Fit igitur t. ex supradictis, vlturas omni iure, naturali nempe, diuino, Pontificio, & ciuili esse prohibitas, vt resoluit Couat. *ubi supra, n. 5. in princ.* quod etiam firmat Carol. Ruin *conf. 145. num. 9. lib. 4.* & probat latissimè ad partes agens Ioan. à Medina *de reb. per vlturam acquisit. in cap. de vltura an sit vel vnquam fuerit licita, per totum, & Mercadus in tract. de ludaïs, cap. 11. num. 1. & 2.* Rolandus à Valle *conf. 35. num. 26. lib. 1.* vbi in idem citat Alexandrum, Socinum, & Paris. idem probat Angel. in *summa, verb. vltura, s. 2. num. 1.* & alios referens Octau. Cacher. *ubi supra, d. n. 9.* & Nauar. *ubi supra, d. num. 207. & 208.* & Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. cent. 3. casu 388. num. 30.*

Imò t. & iure nostro Regio Hispania feuerè puniri vlturarios cautum est, n. mpe in amissione principis mutuo dati cum alio simpto, sique in pena condemnantur in duplum certa forma applicanda, vt in *d. l. 4. & 5. tit. 6. lib. 8. Nonæ Collect. Reg. statuitur*: Quas leges iustas esse defendit Couat. *in 4. 2. part. cap. 6. in princip. num. 19. in fin. ex eo*, quod lege seculari post pœnaliqua vlturarios puniri, vt ibi probat, quod etiam tenet Auendan. *dist. cap. 28. prator. num. 1. lib. 2.* & nos in *tractatu de iuram. confirmat. 1. parte, cap. 2. num. 36. & addit, Bernard. Diaz in regul. 698. & Didac. Perez ubi supra, pag. 27. col. 2.* & circa pœnas dictarum legum, & modum probandi vlturas, plura tradunt Abb. *conf. 2. per totum, lib. 2.* & Couat. *lib. 3. variat. resolut. cap. 3. num. 5. & Auendan. ubi supra, num. 2. & sequentibus*, & addit Bernard. Diaz in *practice. crimin. cap. 88.* & Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. cent. 3. casu 235.* vbi plura circa testes singulares, t. an hoc casu probent, esse aliquem vlturatum: de pœna autem clericici vlturarij, videndi sunt Bernard. Diaz *ubi supra, d. cap. 88. per totum, & ibi eius addit.* & Couat. *d. cap. 3. num. 3.* & Didacus Perez in *rubr. tit. 2. lib. 8. ordinam. pag. 26. column. 1. vers. item etiam clericici, col. 2.* vbi latè prosequitur pœna vlturatorum.

Hinc fit, t. vlturam reputari apud omnes rem illicitam, & consequenter propter vlturam posse quem etiam criminaliter puniri pœna extraordinaria, & sic arbitratia, vt tenet Iacobus Butric. in *l. improbum, C. ex quibus causis infam. irrogetur*, quoniam vlturarios committit dolum in exigendo vlturas contra iuris prohibitionem, & ideo tenetur crimine stellionatus: & hanc opinionem Iacobi Butricarij sequutus est Cacialup. in *repet. l. cunctos populos, 10. carta. col. 2. n. 49. C. de summa Trinit. de sede Cathol.* eamque confirmat, quia etiam vlturarium est contra Deum & homines, vt in *d. cap. quia in omnibus, & in cap. super eo, de vltura.* Eandem sententiam sequitur, dicens videti magis communem Cotn. *conf. 19. litera G. col. 2. volum. 3.* & iterum *conf. 158. column. 3. eodem volum. 3.* Afflicti in *constit. Reg. in constitutione, statumimus & hanc*: & magis communem dixit Alciat. in *cap. perniciosis, num. 80. de offic. ordin.* etque recepta opinio, vt ex eo Alciat. alios allegans testatur D. Couat. in *4. de spons. 2. part. cap. 6. in princ. n. 19.* & magis communem esse ex *S. ubi supra, refert Roland. à Valle conf. 75. n. 6. 7. & 8.* Et quamuis contra hanc sententiam Butric. tenet Bald. in *proprio loco, Salyc. Cardinal. Iason. Bertach. Rip. Dec. Aymon. & Marant. cosque referens & latè eorum opinionem probans contra Iacobum Butricum, Roland. à Valle conf. 75. à num. 13. cum sequentibus, dicens, quod etiam Alciat. ubi supra, dicat, magis communem*

nem esse sententiam Iacob. Butr. *supra* dictam in suo sensu, decipitur, quia si numerentur DD. apparebit elatè contra eum esse magis communem, ibique respondet fundamentis opinionis Iacobus Butr. nihilominus tamen hi reeententur auctoritates, nulli dubium erit, quodsi comperietur, Alciatum verum dixisse, secundum Iul. Clar. *ubi supra, in vers. ex hoc inferitur*, qui hanc partem Iacob. Butr. probat & magis communem esse refert, affirmans, quod ita pluries fuit iudicatum per Senatorem, puniendo tales vlturarios pœna extraordinaria, facta etiam speciali delegatione. Eandem sententiam aduersus Bald. & sequaces latè probat, respondens fundamentis contrariis decis. Pedemont. *supradicta, num. 6. cum sequentibus, etque in fin.* idem latissimè facit resoluendo sententiam Iacob. Butr. esse communiter receptam, Menoch. *ubi supra, à num. 14. cum segg.* id quod apud nos tam iure canonico, quam iure Regio veridissimum obseruatum in praxi est.

13 Exit tamen et nobis obuiam in proposito illa anceps quæstio; An iudex laicus, & sic secularis, possit de causa vlturaria cognoscere criminaliter, pœnaque pecuniaria vlturarios punire.

14 Et imprimis t. videtur pars negatiua verior, quia iuxta communem sententiam Doctorem vlturatum crimen mere Ecclesiasticum est, vt opinatur gloss. 2. & omnes vt in *cap. cum sit generale, de foro comp. & in cap. 1. de offic. ordin. & in Clem. dispendiosum, de iud.* quam opinionem comunem esse testatur præter alios, Albert. in *rubric. num. 3. C. de vltura, atque eam sequuntur Alex. conf. 29. num. 6. lib. 4. Dec. conf. 170. Iaf. conf. 135. lib. 4. column. vltima. Bald. in 1. quoties, col. 2. vers. tu dic. C. de iudic. idem Bald. conf. 443. in fine, volum. 3. Lapus allegatiore 56. & 70. sequitur Roland. à Valle alios referens *d. conf. 75. num. 14. & 16. lib. 1.* & communem esse ex Albert. alios referens affirmat D. Couat. *d. lib. 3. variat. resolut. cap. 3. in princ. & decis. Pedemont. ubi supra, n. 13.* & Iulius Clarus *ubi supra, vers. hoc tamen, & latius in pract. crim. s. fin. q. 37. vers. quæro igitur, quamuis Couat. & decis. Pedemont. ubi supra, & Iul. Clarus eam non probent, vt infra dicemus, & in terminis, quod iudex secularis non possit procedere criminaliter contra vlturarios, præsupponunt atque manifestè insinuant Bald. in *l. improbum, vers. credo, gloss. in verum dicere, n. 2. C. ex quibus causis infam. irrog. & Salycet. ibi, n. 3.* & cæteri omnes, qui contra Iacobum Butric. tenuerunt, quotum supra meminimus, quos nuncupatim citat & sequitur Rolandus à Valle *conf. 75. num. 13. cum sequentibus*, & refert, licet eos non sequatur decet. Pedemont. *ubi supra, n. 5. vers. se primo hanc partem.***

15 Sed contrariam t. sententiam, imò quod crimen hoc vlturatum non sit mere Ecclesiasticum, sed mixtum fori, & ideo laicum iudicem posse inter laicos cognoscere, Ecclesiasticum vero inter clericos, tenuerunt Salyc. in *d. eos, s. vltim. num. 8. C. de vltura.* Archid. in *cap. quid dicam, 4. quæst. 4. Calder. inter conf. Ancharan. respon. 236. & Barbat. in d. cap. cum sit generale, n. 173.* refert alios D. Couat. *lib. 3. cap. 3. in princip. vers. rursus, & in vers. ego, & in 4. de sponsal. 1. part. cap. 6. in principio, num. 16.* & Octavian. *d. decis. 137. num. 10. & 11. vers. quarto, & num. 15. vers. hinc etiam, vbi affirmat, hanc esse magis receptam sententiam, & n. 17.* quod eam communi vlturam sequutus est senatus, præsertim contra vlturarios manifestos, stante maxime dispositione decretorum expressè omnes vlturas prohibentium: Eandem sequitur Rolandus à Valle sibi contrarius in *conf. 35. n. 29. lib. 1.* & Iul. Clar. *ubi supra, s. vltura, vers. ex hoc inferitur*, & iterum in *practice. crim. s. fin. q. 37. vers. quarto*, vbi, quod quando pro crimine vlturæ

rarum agitur criminaliter (quo casu nos loquimur) nulla est difficultas, quin verique iudex possit contra vlturarium pro crimine procedere sequitur etiam Menochi *d. casu 398. num. 41.* & est verior & tenenda, declarata tamen vt infra.

Distinguedi t. igitur sunt nonnulli casus in proposito, vt hæc secunda opinio magis communis rectè intelligatur. Primus est considerando vlturas, quando ultra modum à legibus antiquis permixtum exacti fuerint, & tunc erit crimen mixti fori, pœnaque extraordinaria arbitraria vlturarij laici à iudice laico puniri poterunt, clerici vero à iudice Ecclesiastico, quem admodum de homicidio, adulterio, furto & similibus quæ vtraque lege Pontificia & seculari prohibentur, nec Pontificia tantum ab initio prohibita fuerint, vt constat ex Abb. in *d. cap. cum sit generale, num. 18. de foro compet.* quem alij sequuntur, assentes, crimen vtraque lege prohibitum mixti fori omnino esse & probat Couat. *d. lib. 3. var. resolut. cap. 3. n. 1. vers. his tandem prænotatis, referens se à Nauar. in relectione, cap. nouis, de iud. notabil. 6. collat. 7.* latè de hoc agentem: Eandem sententiam in terminis sequitur Iacobi Menoch. *ubi supra, num. 14. cum segg.*

Secundus t. casus est, quando facerator solum exegit vlturas intra modum à præd. II. ciuilibus constitutum, & tunc etiam istud, quatenus ad vlturas ita promixtas pertinebat mere Ecclesiasticum erit, & in foro seculari puniri non poterat, eiusque cognitio solius iudicis Ecclesiastici erat, quia crimen hoc tantum lege naturali diuina & Pontificia prohibebatur, & ad hoc tempus referri possunt canones, qui crimen istud quotundam tamen iudicio probant esse mere Ecclesiasticum: ita Couat. *d. n. 1. vers. 2.* sequitur alios allegans & bene comprobans Menoch. *ubi supra, n. 8. cum segg.*

Tertius t. casus est in vlturis his temporibus exactis, quibus & laicis vlturæ indistinctè vtantur, quia hodie crimen istud est censendum ex rigore quodam, & iuxta veram iuris cognitionem mixti fori, vt inter laicos iudex secularis tantum de eo cognoscit, Ecclesiasticus autem inter clericos, sicut de homicidio, furto & similibus, secundum Couat. *ubi supra, vers. 3. apparet, & in hoc casu loquitur supradicta magis recepta sententia, habens, quod crimen istud vlturatum sit mixti fori.*

Quinimo & praxis t. obserua (id quod ex iuris canonici decisionibus potest optime deduci) etiam hodie iudices Ecclesiasticos habere huius criminis aduersus laicos cognitionem, quemadmodum & iudices seculares eam habent, vt passim vidimus obseruari, & ante nos testatur de hac praxi Couat. *d. num. 1. vers. quarto*, addens, non esse ab vtilitate Reipublice Christianæ alienum, eum tot annos post religionis Christianæ institutionem leges seculares huius criminis coërcitionem neglexerint, imò partim eius vlturam probauerint, vt oportuerit Rom. Pontificis pluribus canonibus aduersus vlturarios & Principes seculares eos aliqua ex parte defendentes statutos, curam hanc puniendi hoc seculis subite: & ab hoc initio tamdiu obtentum est, quod criminis huius punitio ad Ecclesiasticos iudices simul, & ad seculares etiam contra laicos pertineat, quasi crimen hoc licet mere Ecclesiasticum non sit, Ecclesiasticum tamen verè dici possit, ex eo, quod ab initio reuasentis Ecclesiæ iura Pontificia hoc prohiberent legibus secularibus id permittentibus, imò probantibus: & quod iudex Ecclesiasticus possit procedere contra metatores exerceentes mōharras, tenet Ignat. Salzed. in *addit. ad Bernard. Diaz de Lug. in pract. crim. cap. 88.*

Quinimo, t. est maxime controuersum sit: An facerator non manifestus in foro canonico à iudice Ecclesiastico

elestastico aliqua poena puniri valeat? existimantibus, Philip. Dec. consil. 170. Roland. à Valle vbi supra, num. 20. cum seqq. vltra restitutionem male ablatorum nulla alia poena hunc puniri posse, idque ex pluribus comprobant: Nihilominus tamen contraria sententia, imo quod iudex Ecclesiasticus in suo foro canonico criminaliter extra ordinem, si que suo arbitrio hunc feeneratorum punire possit, est verior, communis & tenenda, quam probat Corn. d. consil. 19. & 158. lib. 3. & Ioan. Baptist. Seuerin. in d. l. cunctos populos, num. 46. & Matant. de ord. iud. 6. part. in tit. de inquisit. num. 111. & 123. & plures alios allegans, hanc sequitur & testatur communem Menoch. vbi supra, n. 40. vbi eam extendit etiam contra Iudaeos, & iterum n. 41. vt procedat etiam quoad iudicem laicum, qui eo iure canonico possit feeneratorum in suo foro punire, sequitur etiam Aucnd. cap. 28. prat. in 2. part. num. 1.

Supradicta tamen magis recepta sententia, qua habet; Quod crimen vsurarium sit mixti fori, temperanda est, nempe, vt tunc demum iudex secularis de causa vsuraria cognoscere possit, quando vertitur questio facti, de qua etiam Ecclesiasticus cognoscere poterit, secus autem erit, si sit questio iuris, quia tunc solus iudex Ecclesiasticus de ea cognoscet, non vero secularis, secundum Paulum de Eleazar in clem. 1. de vsur. quem refert & sequitur exempla variisque fingens, Bart. in l. Titia, num. 7. ff. solut. matrim. vbi n. 6. idem dixerat generaliter in qualibet causa spirituali, scilicet matrimonij, exceptionis, excommunicationis & similibus, cuius distinctio & doctrina est communiter approbata secundum Abb. qui eam probat in cap. cum sit generale, num. 17. & 18. de foro compet. & Didac. Couar. qui plures refert eamque sequitur, in 4. de sponsal. part. cap. 8. §. 12. num. 4. & 5. Est communis etiam secundum eundem D. Couar. qui tamen eadem non assentit (vt infra dicemus) lib. 3. var. resol. cap. 3. n. 1. in princ. ibi, hanc tandem opinionem & in vers. ego, & Auil. cap. 50. prat. in gloss. vsuras, n. 1. fol. 250. testatur communem plures allegans Octau. vbi supra, num. 11. sequitur Roland. à Valle d. consil. 75. n. 36. lib. 1. & Didac. Perez plures referens in l. 5. tit. 19. lib. 8. ordinam. pag. 364. col. 1. versis. dubitari etiam, & nos quoque plures in idem citantes communem esse eam sequuti professi sumus in tract. de iurament. confirmator. 1. part. cap. 2. num. 35. & 37. aduersus Aretin. dicentem contra praedictam

21 distinctioem esse communem opinionem, imo quod indistincte iudex secularis non cognoscat villo casu de causa spirituali: & quod, quando questio est iuris, nempe, nunquid contractus sit vsurarius, vel non, cognitio spectet ad iudicem Ecclesiasticum, & secularis nullo modo se tunc intromittere possit, concludunt communiter Doctores secundum Iul. Clar. in l. 1. §. 3. lib. 4. Dec. consil. 170. num. 3. sequitur Roland. à Valle consil. 95. num. 44. lib. 2. dicit communem Socin. consil. 88. num. 23. lib. 4. & alios referens Iul. Clar. in prat. crimin. §. in. quest. 37. versis. quare igitur, ibi, aut loquimur, vbi refert alios plures dicentes esse communem opinionem, quod si questio facti vertitur super vsura, qua non refricatur in dubium, an contractus sit vsurarius, necne, sed solummodo repetuntur vsurae, iudex laicus est iudex competens: idem Iul. Clar. d. §. vsura, versis. hoc crimen, eandem sequitur & testatur communem plures referens Octavian. vbi supra, num. 11. & 13. versis. hinc etiam, dicens d. n. 11. duobus modis questioem facti contingere posse, nempe, quod partes fateantur contractum, ex quo nulla iuris dubitatio oriri possit, quin sit vsurarius: vel factum tantum proponant, videlicet tot esse soluta vel recepta, aut non, quibus probatis, in iure dubium non sit, contractum esse vsurarium,

Hac tamen communis distinctio Bart. ex pluribus vera non videtur, sed imo potius supradicta magis recepta sententia indistincte, nempe, vt sine sit questio iuris siue facti, crimen vsurarium sit mixti fori: ita vt iudex secularis de hac causa recte inter suos subditos possit cognoscere. Primum, quia nullibi ius canonicum vetat, iudicem laicum hac de causa cognoscere, imò permittit iudicibus secularibus super vsuris ius dicere, vt in cap. post miserabilem, de vsur. quod si hoc crimen mere Ecclesiasticum foret, ius canonicum alicubi laicos iudices id tractare prohibuisset, iuxta text. in cap. suam, de ord. cognit. cap. 1. cap. lator, cap. causam, qua el. 2. qui filio sine legitimi, cum similib. Secundò, quia crimen istud nihil plus habet quam homicidium, sortum & similia scelera, vt patet; Quandoquidem omnia ea prohibentur lege naturali, diuina Euangelica, & Pontificia & tamen praedicta crimina mere Ecclesiastica non sunt: Ergo nec illud: quibus tandem & aliis rationibus D. Couar. d. lib. 3. var. resol. cap. 3. n. 1. versis. ego vt liberè, post Carol. Mol. quem refert (tametsi in 4. de sponsal. 2. p. cap. 8. §. 12. n. 4. & 5. praedictum communem distinctionem Bart. probauerit) nunc verò d. versis. ego vt liberè, contra eam tenet, existimans erroneam esse, suamque verissimam, nempe, vt iudex secularis possit cognoscere de causa vsuraria contra laicos, siue questio iuris sit, siue facti. Quam distinctionem etiam asserit esse verbalem Iul. in l. quoties num. 7. C. de iudic. & refert Dec. in cap. de certum, num. 2. §. versis. quare fallis, de iudic. vbi tamen arguit contra communem in alium sensum, nempe, vt nec de questione facti iudex laicus cognoscere valeat, quia ex facto ius oritur: adhuc autem videtur cum communi remanere.

Nihilominus tamen his non obstantibus sententia communis Bart. receptissima est, verior, communis & tenenda in iudicando & consulendo, tametsi aliquando iudices seculares de facto, & contra ius de questione iuris circa vsuras cognoscant, vt deduximus lib. 1. de iur. confirm. d. cap. 3. num. 27. Non obstant modo adducta contra praesertim communem sententiam, quoniam diffiteri non oportet, differentiam esse maximam inter crimen vsurarium & homicidium, sortum & similia, quandoquidem etiam omnia haec sint iure naturali, diuino Euangelico & Pontificio prohibita, nihilominus tamen vsurarium crimen, etiam mere Ecclesiasticum non sit, Ecclesiasticum tamen verè dici potest, ex eo, quod ab initio renascentis Ecclesiae iura Pontificia hoc prohibuerint legibus secularibus id permittentibus, imò probantibus, vt latius praediximus, quod sic non est in ceteris relatis criminibus homicidij, furti & similibus. Quare cum questio iuris vsurarij contractus orta fuerit, merito vt ad ius Pontificium atque Ecclesiasticum, eiusque iudices recurrendum sit pro declaratione, tanquam ad originem & fontem deriuatam à iure naturali & diuino, non vero ad ius ciuile, nec etiam iudices profanos ac laicos, quod ius ciuile intra certum modum solebat permittere vsuras, quamuis postea rectius adhaerendo Concilijs Ecclesiae Catholicae eas implicite prohibuerit: declaratio igitur contingens dubij an sit contractus vsurarius necne, ab ipsamet Ecclesia quaerenda ac poscenda est, non autem à iudicibus secularibus: si vero questio facti tantum sit, poterit iudex secularis de ea cognoscere & pronuntiare, culpabileque punire iuxta poenas iuris Pontificij & legum huius Regni, cum hac nihil spiritualitatis nec mere Ecclesiastica habeat.

Ex quibus deducitur l. 36. tit. 6. lib. 3. Noua Collect. 22. Reg. vbi praecipitur iudicibus Regis secularibus, vt maxime curent punire ac puniant vsurarios, &c. de bere

bere intelligi necessario, quod tunc demum iudex secularis possit cognoscere de causa vsuraria, idque crimen punire, quando questio vertitur super facto: secus si super iure dubitari contingat, iuxta praedictam communem resolutionem: id quod videtur constare ex eadem lege, dum dicit, quod iudices seculares puniant vsurarios, vt latius deduximus in d. nostro tract. de iuram. confirm. in 1. part. c. 3. n. 37.

23 Inferatur quod etiam intellectus ad text. in l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. vet. hodie l. 1. tit. 21. lib. 4. Noua Collect. Reg. disponentem, quod exceptio vsuraria admittatur aduersus exsequutionem contractus gaurentigij vel sententia, vt procedant & intelligantur iuxta supradicta, videlicet, vt si questio vsuraria sit iuris, iudex secularis illam remittat ad iudicem Ecclesiasticum, & interim supersedeat in exsequutione, praecipue si ab ipso iudice Ecclesiastico inhibeat: si t vero questio sit super facto, possit ipse iudex secularis de ea cognoscere: probati tamen debet hoc casu exceptio vsuraria intra terminum decem dierum à dictis legibus Regis assignatum, vt tenui cum Couar. & Auileño, quos citauit d. cap. 2. num. 30. quod primum etiam tenet post alios, quos citat Rolan. à Valle consil. 75. lib. 1. Et potest isthaec opinio comprobari ex eo, quod secundum aliquos non potest iudex secularis, nec etiam incidenter cognoscere super vsura: quam opinionem communem esse profertur Alexand. in l. quoties, post n. 4. 25 versis. extra gloss. C. de iudic. quoniam t secundum alios, parte expiciente contractum esse vsurarium, de eo non potest iudex secularis cognoscere, nec etiam statuere terminum, intra quem debeat coram iudice Ecclesiastico probare exceptionem vsurariae prauitatis, iuxta doctrinam Bart. in l. praesens, post num. 4. de appellat. quem omnes sequuntur, vt dicit Ripa in l. qui pro tribunali, n. 7. ff. de re iudic. quos refert, licet non sequatur Iul. Clar. in prat. crim. §. in. quest. 37. versis. quare igitur, ibi, adeo, & ibi, quoniam &c.

26 Sed tunc maturius considerata, nunc mihi contrarium in omnium supradictis circa intellectum d. l. 4. tit. 8. de alius exceptiones, lib. 3. Ordin. vet. & l. 1. tit. 21. lib. 4. Noua Collect. Reg. dicendum ac tenendum videtur, imo quod si opponatur exceptio vsuraria aduersus exsequutionem instrumenti gaurentigij, vel sententia transacta in rem iudicatam coram iudice seculari, iudex ipse laicus admittere eam debeat, iuxta easdem leges Regias, & suspendere exsequutionem per terminum decem dierum oppositionis, ac super ea cognoscere possit, siue iuris siue facti, questio, sit ac tandem causam decidere, praecipiendo, nempe vt in exsequutione procedatur, vsque ad vltimam pignorum venditionem praestita fideiussione legis Toleti, si praedicta exceptio in termino decem dierum praedicta probata non fuerit, quod si legitime probata fuerit, eam admitti annullando exsequutionem, vt cauetur in eis legibus, ibi, (O exceptione de vsura) vbi inter alias exceptiones, quas iudices admittere debent contra exsequutionem, vsurae exceptio enumeratur: Ergo sicut de ceteris iudices seculares cognoscere possunt, ita & de hac: Si enim huius cognitio remittenda esset ad iudicem Ecclesiasticum, & index interim, quod ipse Ecclesiasticus causam decideret, deberet supersedere in exsequutione, leges eadem exprimerent, hoc tamen non dicunt, Quoniam l. 2. d. tit. 21. statim sequens praecipit, quod si intra decem dies legitima exceptio (nempe de quibus in l. praeced.) non probentur, solutio fiat creditori praestita dicta fideiussione. Ergo si praedicta exceptio vsurae intra decem dies praedicta non probetur amplius non est differenda exsequutio: idque verissimum videtur; quia alias causae exequutione facillime ordinari per mali-

tiam redderentur, opposita statim exsequutione vsurae aduersus contractum, si ob id solum causa cognitio ad iudicem Ecclesiasticum deferenda esset super quaestione iuris vsurarij contractus: Cognoscere t igitur incidenter de hac exceptione poterit iudex secularis coram quo instrumentum vel sententia exsequitur, in cum finem, vt si intra praedictum terminum decem dierum oppositionis probetur, admittatur, sin minus, procedatur in exsequutione praestita de fideiussione, Quae sententia ex eo certa efficitur, quod superiora omnia, quibus nisi tenuimus prius contractum, nempe distinctio Bart. communiter approbata inter quaestioem iuris & facti super contractu vel causa vsuraria, vt de prima iudex secularis cognoscere non valeat, sed tantum Ecclesiasticus, de secunda vero vterque intelligi debent ac procedunt, quando principaliter in iudicio deducitur vsurarum questio. Ceterum, quando incidenter opponitur per modum exceptionis, contractum nempe esse vsurarium, tunc bene potest iudex laicus cognoscere etiam super quaestione iuris & contractum ipsum tanquam vsurarium annullare atque rescindere, arg. l. quoties, cum similib. C. de iudic. haec est communis opinio tam Legistarum, quam Canonistarum, vt dicit Guid. Pap. consil. 180. num. 2. quem refert & sequitur dicens, quandoque ita vidisse seruari Iul. Clar. d. §. in. vers. hac tamen omnia, aduersus tenentes contrarium, quod supra retulerat, & nos quoque coram meminimus. Quod ex eo etiam comprobari potest; quod causa haec vsuraria nullibi legatur, quod sit spiritualis, sed Ecclesiastica vel mixti fori, vt praediximus: Siquae non oblat text. in cap. tuam, de ord. cogn. cum similib. supra allegatis, de quibus nec incidenter iudex secularis cognoscere potest, vt in dictis iurib. quia illa sunt spiritualia, nempe ma trim & similib.

28 Quoniam t idem seruandum erit, etiam si reus, contra quem perita fuit exsequutio coram iudice seculari, adeat Ecclesiasticum, & coram eo petat declarari instrumentum vsurarium, nam adhuc illa petitio & litis pendentia, etiam si ea sciverit iudex laicus, non impedit nec retardabit instrumenti exsequutionem coram iudice seculari petitam, secundum Angel. de Perul. in l. 4. §. condemnatum, ad fin. ff. de re iud. quem refert & sequitur Roder. Suar. in l. post rem iudicatam, versis. circa iudicem videndum, num. 15. in princ. & iterum num. 17. ff. de re iudic. dicens hoc in proposito videri verius, cum fiat processus infra decem dies super omnibus legitimis exceptionibus, post illos transactos esse dubium, & quod ad malitias obuiandas tunc obseruaret dictum Angel. ex quo nihil probauit in terminis, & postquam soluerit, remanebit sibi ius suum saluum ad omnes exceptiones probandas; Angel. etiam sequitur Socin. consil. 79. lib. 3. & Matth. de Afflid. decis. Neapol. 30. loquens in exceptione relationis iuramenti, super qua lis pendet coram iudice Ecclesiastico, vt illa non impediatur exsequutionem: quod ipse quoque tenui alios allegans in d. cap. 2. n. 25. & in terminis Rebuff. de liter. oblig. ar. 2. gl. 1. n. 22. dicens; quod haec sententia Ang. seruatur in praxi qua iudex condemnare solet per modum pronouisionis apparet eo ipso instrumento, quia tunc dicitur patens, teste Panorm. in cap. cum olim, el. 2. de censib. & manifesta, teste Barbat. in cap. si diligenti, col. 6. de foro compet. & ideo non obstante allegatione vsurae non notoriae per modum pronouisionis condemnanda fiet, & super vsurae cognitione remittitur ad iudicem Ecclesiasticum, vt Doctores scribunt in cap. cum sit generale, de foro compet. & in clem. dispensationem, de indic. quod vix si inter laicos agatur, Regales hoc faciunt;

faciont, secundum ipsum Rebuffi, *vbi supra*, sequitur etiam Laurent. Rodulf. *in tract. de vsur. quest. 137. num. 129.* tamen Thom. Ferrac. *caus. 33. num. 1.* teneat contrarium: necnon & nouissime. Vinius *decif. Neapol. 304. versio. primo*, cum Bald. Specul. & Capic. quos pro sua opinione citat.

²⁹ Quos tamen magis torquet, est; *An idem seruandum sit, si index Ecclesiasticus faculari exsequenti inhi- beat necne?* & Bald. quidem *in l. consulta. num. 1. C. de testament.* firmat, iudicem Ecclesiasticum posse inhi- bere, ne lite pendente super vsuris instrumentum ex- sequatur, & Angel. quoque *vbi supra*, (prout refert Roder. Suarez *d. num. 15.*) inquit, quod propterea inoleuit mos, quod Episcopi inhihent iudicibus sa- cularibus, & sub excommunicationis pena praeci- piunt, vt supersedeant in exsequutione, quamvis nihi- lominus adhuc teneat, quod index saecularis non teneatur supersedere in exsequutione nec se inhi- bere, quia Ecclesiasticus non recte inhihet in hoc casu: sed in terminis contra Ang. quod index saecularis hoc casu, consisto sibi de lite pendente coram iudice Eccle- siastico super causa vsuraria eiusdem contractus, quem exsequitur, maxime, si a iudice Ecclesiastico inhi- beatur, ne ultra procedat super exsequutione sub poe- na excommunicationis, quousque decidat causa vsuraria, teneatur ei obedire & debeat supersedere in exsequutione, tenet Alex. alios allegans *in l. 4. §. con- demnatum. num. 17. ff. de re iudic.* cuius sententiam nos quoque probauimus late contra Angel. *in d. cap. 2. num. 1. cum segg. ibique num. 15.* respondimus legibus Regis supradictis probantibus, non admitti contra exsequutionem exceptionem alioiorem indaginem re- quirentem, probandam ultra decem dies, nempe, vt procedant in exceptione, cuius cognitionis sit capax index saecularis, qui instrumentum quarentigium ex- sequitur, vt constat ex praedictis legibus: at vero co- gnitione causa vsuraria super quaestione iuris pen- dente coram iudice Ecclesiastico, incapax est index saecularis, sicut contingit *in d. e. vnam. ad* cuius termi- nos reduximus quaestioem nostram exceptionis vsurae contra instrumentum quarentigium exsequutionem oppo- sitae, ac proinde resolutimus, iudicem saecularem de- bere supersedere in exsequutione, donec terminetur causa vsuraria, obediendo iudici Ecclesiastico id praeci- pienti, quia minus inconuenit, quod causa exsequu- tionis differatur praedictis rationibus, quam quod vsura exsequatur: praeterquam si de fraude & calum- nia introducens causam vsurariam coram iudice Ecclesiastico post petitam aduersus se exsequutionem coram saeculari conlulerit, quo casu saluari potest opinio Angel. contraria *vbi supra*, vt *ibid.* diximus *num. 19. in fin.* cum additione Roder. Suarez fateor que hanc partem sustineri probabiliter posse ex praedictis rationibus.

Nihilominus tamen contrariam sententiam Angel. (vt *ibid.* etiam asseruimus) sequuti sunt Imol. & Rip. *in d. §. condemnatum. num. 29.* qui addit, quod etiam si index Ecclesiasticus praueuerit in cognoscendo, sci- licet iudicem saecularem, non recte faciet, si inhi- beat: Eandem sententiam videtur probare Rod. Suar. *vbi supra* cuius rationes iam supra relate in primo casu quando non est inhihibitum, in hac quoque specie, de qua agimus, militare videntur, & expressim probat Rebuffi. & ceteri quoque in primo casu relati, idem profitentes etiam data praed. inhibitione, & Barbat. relatus per Tiraq. *de viroque retract. tit. 2. §. 1. in gloss. 2. num. 36.* quamvis ipse Tiraq. *ibid.* dubiam reddi exi- stimer, eandem sententiam cum supradictis ex pro- fello probauit Didac. Couartuu. *in 4. de sponsal. 2. par. cap. 8. §. 12. n. 5.* nisi intra dictos decem dies pra-

dicta exceptio vsurae probetur, & magis idem affirmat ipse Couar. *d. lib. 3. var. resol. cap. 3. num. 1. vers. vtrumque sit, ibi: imo exsequutio instrumenti, &c.* Et tenendo hanc partem contra priorum, non obstat responsio per nos tradita *vbi supra*, ad leges Regias, quoniam per viam exceptionis, & sic incidenter, capax est iudex saecula- ris causa vsurariae secundum communem sententiam, quam supra retulimus: quod non contingit in termi- nis *d. cap. vnam. de ord. cogn.* & sic sunt dicendi casus, vt supra probauimus: Nec enim text. ille ad terminum nostrae quaestiois trahi potest, quia ibi agitur de cau- sa mere spirituali, nempe natalium, & sic matrimo- ni), cuius nec incidenter iudex saecularis capax est, nos vero loquimur de exceptione vsuraria opposita contra exsequutionem, que minime spiritualis est, nec tantum incapacitatem causat in iudice saeculari, quantum illa. Quid tenendum?

Ego t profecto articulum hunc ac praesentem qua- ³⁰ estionem satis dubiam ac difficilem reputo, ac nunc omnibus super praedictis recte perpensis in hac secundam partem procliuor sum ex rationibus proxime dictis, tum etiam ex adductis supra in primo casu, quando iudex Ecclesiasticus non inhihent: quae omnes in hoc quoque vtgerere videntur. Video praeterea doctissimum ac maximum praedictum D. Couar. hanc partem interpe- dente tenentem, ac itidem fauorem viae exsequutioe concurrere, nec non rationem & mentem praedicta- rum legum Regiarum adhuc militare, quandoquidem causa vsuraria coram iudice Ecclesiastico pendens alio- iorem, indaginem requirit, nec reo, contra quem fit exsequutio, ius suum auferret, sed illud saluum postea prosequendum referatur cum cautione fideius- soria iuxta formam legis Toletae, nec interim, quo his vetitur ac pendet iudicia, coram iudice Ecclesiasti- co super vsura, potest dici exsequi contractum vsura- rium, quousque id per litetas exequutorietas appareat: Nihil igitur inconuenit, quod interim instrumentum exsequutioni mandetur cum praedicta fideiussione nec id mirum videri debet, cum instrumentum quarenti- gium seu sententia transacta in rem iudicaram quae exsequuntur, sint res intra contractantes placita & iudicata, ac proinde mereantur statim exsequutionem: causa vero pendens super vsura coram iudice Ecclesiasti- co, non fit res finita, liquida nec decisa, vnde non debet impedire exsequutionem eius, quod finitum ac liquidum est. Praesertim, quod haec pars abque du- bio procedit, si de aliqua fraude opponens consti- terit, vt praediximus, prout satis videtur constare eo ipso, quod post exsequutionem petitam, statim eor- am iudice Ecclesiastico introducitur causa vsuraria eiusdem contractus. Item t etiam si instrumentum forte, quod exsequitur, annuas praestationes conti- neat, & pro aliis iam praerentis, iterum atque iterum fit iam exsequutioni mandatum, tunc enim non debet retardari exsequutio per exceptionem vel actionem super vsura eiusdem contractus nunc oppositam, & coram iudice Ecclesiastico pendente, arg. eorum quae diximus *in d. cap. 2. num. 23. vers. 5. & in exceptio- ne nullitatis instrumenti.* Idem eodem casu probatur August. Beroi. *consil. 119. lib. 3.* Pullat. *consil. 74. in am. 2. §. lib. 1. & Lancel. de acten. 2. par. cap. 17. num. 190.* vbi praedicta refert & sequitur: quod si hoc non contingat, nec de fraude constat, ad huc videtur dicendum esse, cum saepe rei conuenit, vel contra quos fit exsequutio, malitiose causa differendi iudicium oppo- nant exceptiones vsurae, vel alias, quae spectant ad cognitionem iudicis Ecclesiastici & petunt ad eum remissionem fieri & natura viae exsequutioe, non pati- tur, vt exceptio aliqua admittatur ad ipsam impediendam, quae alioiorem indaginem requirit, nempe, quae

infra

infra dictos decem dies liquido non probetur: secus si in praedicto termino liquidari possit, veluti si vsura apparet ex ipso instrumento, vel alias manifesta esset, vt praediximus ex Rebuff. probanda tamen infra dic- tos decem dies oppositiois.

³² Sed t ad euadendam sententiam excommunicationis iudicis Ecclesiastici in praedicta specie, in inhi- bitione communicatum, vel forte tunc vel postea pro- latam, iudex saecularis nihilominus in exsequutione procedens debet comparere per se vel per suum pro- curatorem coram praedicto iudice Ecclesiastico decli- nando suam iurisdictionem, & appellando ex dictis causis, atque ad suae appellationis iustificationem produciendo testimonium viae exsequutioe, &c. sic- que iuste litigabit, quousque delectaret per superio- res: quae opinio ex supradictis verior sit ac tenenda, quamvis, vt existimo, haec secunda in praxi obtinebit: si tamen, vt inquit R. ebuf. *vbi supra*, ex ipso instru- mento appareat de vsura, vel si intra dictos decem dies exceptio ipsa vsurae probetur ac liquidetur, erit ad- mittenda iure optimo contra praedictam exsequu- tionem secundum omnes & probatur *in d. l. ibi. O excep- tion de vsur.*

³³ Modo t videamus; *An dominium rei acquisita per vsuram, veluti equi, domus, agri, vel aliterus tran- seat in vsurarium?* Et transire tenent gloss. vnic. *in c. si quis vsura num. 14. quest. 4.* communiter recepta se- cundum Nauar. *in Manual. Latin. cap. 17. n. 261.* quam etiam opinionem sequitur Bald. *in l. 1. n. 3. C. de pign. act. b. ro. in c. quia in omnibus num. 28. vers. 2. conclus. de vsur.* & videtur tenere alia gloss. relate per Angel. de Clauf. vbi infra statim citabitur, & Henric. Can- dau. *quod. 4. quest. 27. Palud. in 4. sent. d. 15. quest. 2. art. 5. & Andrian. in tract. de rebus. §. ex his alia oritur questio,* dicens eam esse communem Canonistarum & eam videtur probare S. Thom. *in 4. distinct. 15. quest. 2. art. 4. & tenet Scot. in 4. distinct. 18. quest. 2. art. 3.*

Sed contraria sententia in hoc est verior & procul- dubio tenenda, imo quod dominium rei per vsuram acquiritur minime transeat in creditorem. Primo, ex *d. cap. si quis vsuram accepit. rapinam facis, vna non dicitur, 14. quest. 4.* Si ergo vsurarius est raptor, in eum non transferatur dominium, siquidem res furto sub- tracta potest a domino vindicari atque condici. Secundo, quia non contractus vsurarius omnino est nul- lus in re naturali, diuino, Pontificio saltem, ciuili ac Regio, vt praediximus *in princ. huius cap.* Igitur ex eo dominium non transferretur, etiam spontanea domini traditione, praesertim, quod in vsura ea traditio, in- uoluntaria est, arg. *l. non dubium, C. de legib. & in l. 1. §. si vir uxori ff. de acq. poss. vbi secundum Dd. commun. ibidem* ex contractu nullo non transferatur dominium nec possessio, & ideo merito hanc secundam partem tanquam verioiorem probatur communiter Theologi & Canonistae, nempe D. Thom. *2. 2. quest. 78. artic. 3. & ibi late Caiet. & latius Thom. in 3. opus. tract. de vsur. g. 1. Alex. de Hales in 3. par. q. 16. memb. 4.* Alti siod. *in 4. dist. 15. q. 38. quos ibi refert & sequitur Ioan. Maior. q. 38. & S. Bonauent. ibid. etiam art. 2. q. 1. & Ricard. d. 9. 4. art. 5. & ceteri* comiter Theologi, & Caietan. *in apus. quest. 6. de vsur. quest. 1.* sequitur Dominic. a Soti. *lib. 6. de iustit. & iur. quest. 11. artic. 4. & eam late probat Ioan. a Medin. in lib. de contract. cap. de vsur. §. in tercio argumento principali per tot. fol. 148. cum segg. & effica- cissimus rationibus Collect. 1. tom. tract. 8. de vsur. quest. 1. Mercad. de vtriusq. contractus, cap. 11. de como ha. de re- stituir. et vsurario, Frater Angles in quest. de vsurario &c. pag. 279. versio. vsurarium.* Ex Canonistis eandem sen- tentiam tenuerunt Ioan. Andr. Franc. & alii commu- niter *in cap. quoniam de vsur. in 6. dum post S. Thom.*

asseruat, vsurarium teneri ad restitutionem fructuum, quos percepit ex domo, vel vinea per vsuram acqui- silita, quia eos percepit ex re, quae aliena est, cuius- que alter est dominus: sequitur dicens verioiorem & communem D. Couar. *lib. 3. var. resol. cap. 3. num. 6. ibi, item & illud est notandum, & hanc dicit esse apud Theologos & Canonistas communem omnium consen- su receptam Syluest. in sum. verb. vsura, 6. quest. 1. & ante eum ibidem testatur late probans Angel. de Clau- al. in sum. verbo, vsura 2. num. 18. & quod est tenenda, praecipue in foro conscientiae, secundum eodem, quos referens & alios testatur esse communem Theologo- rum & Canonistarum Didac. Perez *in l. 5. tit. 19. lib. 8. Ordin. pag. 365. col. 2.* eadem sequitur & latissime probat respondens fundamentis contrariis aduersus Nauar. *vbi supra*, Frater Lud. Lopez *in suo instructor. conscientia. in 2. par. c. 79. per tot. pag. 624. cum segg.* allegatque Ioseph. Angles pro hac opinione, & iterum eam sequitur *cap. 81. in princ. late etiam eam probat Pet. a Nauar. lib. 3. de rebus. cap. 2. num. 388. cum segg.* est co- munit opinio secundum Thelaur. *relog. christ. c. 67. n. 33.* sequitur etiam eam probans Magist. Arag. super D. Thom. *vbi supra*, *in 2. 2. quest. 78. art. 3. pag. 701. & Lud. Carb. de rebus. quest. 37. conclus. 1.* Glossa t con- traria potest saluari in rebus consumptibilibus vsuac- quisitis per vsuram, vt quae consistunt pondere, num- mero vel mensura, vt puta pecunia, granum, vinum, & huiusmodi, quia cum ista recipient functionem in genere suo, vt in l. 2. §. 1. ff. si certi. perat. absque dubio in libris transferatur dominium, quando sunt permixta vel consumpta, *si alieni nummi. ff. de solut. & in l. nam est ur. ff. si certi. per. & in l. si frumentum, de rei vend. ita in terminis tenent Ang. de Clauf. & Syluest. vbi supli- mitantes hoc modo proxime relatum communem sen- tentiam, vt procedat in aliis rebus mobilibus quae ser- uando seruari possunt, vel in immobilibus: quod sentiunt atque latis indicant omnes communem sen- tentiam probantes: secus in illis rebus, quae consistunt in pondere, numero vel mensura, & volunt supradicti tenentes consumptis, vt praediximus, & volunt supradicti tenentes communem sententiam, nisi dum manent impermixta, secundum D. Thom. *vbi supra*, & Syluest. & Sot. quos refert & sequitur Lud. Lop. *vbi supra, versio. conclusio,* & ita est tenendum, quicquid Michael a Palat. *de contract. & rebus. lib. 3. c. 9. per tot.* late agens de praed- icenti quaestione in his quoque rebus vsu consumpti- bilibus teneat dominium non transferri. Sed intelli- gendus est iuxta supradicta, vt hac censura adiecta eius opinio generalis sustineri possit cum distinctione praedicta, alias secus, secundum.**

Nec etiam obest doctrina S. Thom. *vbi supra*, pro contraria parte relata, quia ibi potius refert aliorum opinionem, quam eam probet, dum scribit, *Sicut in vsura accidit, in qua, vt quidam dicunt, dominium transfer- tur:* His namque verbis omnino non admittit nec con- cedit veram esse illorum, quos citat, opinionem: quini- mo idemmet S. Thom. *in d. 2. quest. 78. ex proflorem* agens, hanc secundam opinionem probauit.

³⁵ Secundo, t praeterea magis recepta sententia limita- tur, vt procedat in ipsismet rebus per vsuram acqui- sitis, harum eidem enim dominium, secundum distin- ctionem praedictam in vsurarium non transit: secus vero in aliis rebus acquisitis empirisque ex pecunia vsu- raria, haec enim eminentis efficiuntur, arg. *text. in l. 5. c. de rei vend. vbi res empta ab alio ex pecunia mea non ideo efficitur mea; sed illius, quae t eam sibi emit:* idem probat *text. in l. 1. C. si quis alt. vel sib. l. quamvis ex ea. C. de pig. ponit regulam & fallentias. l. 49. tit. 5. par. 5. late Ant. Gom. in l. 53. Tauri n. 36.* ita in terminis tenent plerique ex supradictis, & praecipue Angles, ³⁶

in versic. Scothi allegans Scothm et alios Ludovic. Lopez ubi supra, cap. 80. in princ. Imo ¶ vsurarius non tenetur debitori restituere rem seu locrum ex pecunia vsuraria acquisitum, quamvis pecuniam ipsam restituere teneatur, vt tenent S. Thom. 2. 2. quest. 78. art. 3. Gabr. & alij in 4. sent. disticti. 15. quest. 1. & ibi Maior. quest. 38. Syluest. in sum. verb. vsura, 6. quest. 2. Medin. de rebus per vsur. acquisit. §. in quarto arg. princ. per cor. fol. 152. cum seqq. Anch. in reg. peccatum col. 2. de reg. iur. in 6. Ioan. Andr. Domin. & Franc. & in d. c. quaquam, col. 2. de vsur. in 6. sequitur Couar. plures referens d. cap. 3. num. 6. versic. sed ad huius, contra Bald. in l. 1. c. pro hoc, quest. 10. & Dec. in l. certi conditio, §. vlt. num. 3. ff. si certum petat. aliud tenentem; nam & Bald. ubi supra, reprobat Angel. verbo vsura, 1. quest. 155.

38 Rem ¶ autem acquisitam per vsuram vlu non consumptibilem tenetur vsurarius restituere cu fructibus, & praterea ad rescandendum omne damnum ob exactam vsuram debitori obuentum, & praterea de lucro cessante rei locus, quae non transit in eius dominium, non autem rei non locosa, quae transit in eius dominium alius commixta, prout est de mente Thomae Rainier. & communiter Doctor. secundum Syluest. ubi supra, quest. 1. 2. remittentem ad verb. restitutio, §. 9. & Ioan. a Medin. ubi supra, §. in quarto, & Mercad. ubi supra, cap. 11. & Lud. Carb. ubi supra, conclus. 4. §. 1.

39 Quod ¶ si vsurarius rem acquisitam per vsuram alienauerit, de aequitate canonica tertius possidens conueniri potest, & ab eo dicta res iudicis officio auocari, secundum Bald. in l. rem quam, C. de iur. dor. in fin. verbi, quem sequitur Palat. Rub. in rub. de don. inter vir. & vx. §. 6. m. 24. qui eam alienate, distrahere aut consumere non potest vsurarius titulo oneroso nec gratuito, sine consensu vero aut rationabiliter praesumpto ipsius mutuatarij, cuius est, licet praed. distinctio fiat in re empta ex pecunia vsuraria, nempe tituli onerosi & gratiosi, vt per gloss. & Dd. in cap. cum tu, in fin. de vsur. ita tenet Angel. & Syluest. ubi supra, quest. 2. & iterum quest. 5. Medin. ubi supra, in §. 3. arg. versic. corollarie sequitur, tametsi Nauar. in Manual. Latin. cap. 17. n. 265. vers. 3. & 4. id tantum videatur pro vero probare, quando titulo lucratiuo alienatur res vsuraria, Medin. tamen ubi supra, tenet quod praediximus & tenuimus. Hoc tamen Medin. ubi supra, limitat in duobus casibus. Primo, in extrema necessitate sui vel aliorum, quibus non sit, qui possit aut velit succurrere praeter ipsum vsurarium; tunc enim poterit res per vsuram acquisitas, ad praefatum finem necessitatis consumere aut distrahere, prout necessitas postulaerit, siue res praefata sint vsu consumptibiles distrahere, tam titulo oneroso, quam etiam gratuito, modo ipse maneat potens ad integre super accepta restituendum, vt scilicet si habeat aliunde bona legitime acquisita, quae ad integre satisfaciendum sufficiant, & ita hoc in casu poterunt vsurarij sine peccato huiusmodi res; quae functionem admittunt, vendere & cum pecunia foenebri similiter emere, & similiter ea consumere & donare, manente, vt dictum est, in eisdem potentia ad sufficienter restituendum, secus, si non remaneat potens ad soluendum vsuras, quia tunc titulo gratuito non licet ea alienare nec accipere, nec dotis titulo. Licet tamen illi vendere & ab eo emere, quia per haec non redderetur impotentior ad restituendum, quia tantum recipit ab alio quantum dat de suo, secundum Caiet. in sum. in §. ad vsuram accipere, versic. si vero esset res minor, sequitur Did. Perez ubi supra, pag. 363. in fin. linea, versic. sit ergo resolutio, pag. seg. in princ. Insuper obtinendum erit quod gener vsurarij accipiens in dotem bona vsuraria vel restitutioni obnoxia sciens vel scire

debens per talem acceptance[m] dotis, se facere impotentem ad restituendum suum foecum, tenetur ad restitutionem sic accepti in dotem; si autem nesciebat, nec scire debebat, se causare huiusmodi restitutionis impotentiam, non tenetur huiusmodi bona in dotem accepta restituere, arg. eor. quae in similibus terminis resoluit Nauar. de reddit. Eccles. quest. 2. num. 36. Quod verum intelligit Frat. Lud. Lopez in suo instructor. conscient. 2. part. cap. 81. pag. 648. quando ¶ illa bona in dotem data, non erant in se vsuraria, sed alias licite acquisita, licet obnoxia essent restitutioni; quia si essent vsuraria, id est, vsuraria accepta, cum sint aliena, nec eorum dominium in vsurarium transfusum fuerit, & sic etiam non transierit in generum, quantum attinet ad foem conscientiam, si praedictam impotentiam ad restituendum postea nouerit gener, tenebitur ratione rei accepta, etiam si bona fide igno-ranter acceperit, restituere dotem: addo ego, vel quotiescunq[ue] nouerit res sibi in dotem datas esse per vsuram immediate acquisitas, tunc enim cum sint aliena illiciteque acquisita, neque in eum dominium eorum transierit, non videtur rata conscientia illas retinere posse, etiam si foer alias potens sit ad restituendum: si tamen non restituit, licet nec qui possidet alias quocunq[ue] res alienas sibi traditas, quamvis iusto titulo alias respectu sui, sciens tamen illum ius tradendi nec possidendi habuisse, mala enim fides auctoris nocet singulari successori, vt in authent. mala fidei, C. de prescrip. longi temp. cum similit. l. 19. tit. 19. part. 3. & ibi Greg. Lop. & omne quod non est ex fide peccatum est, vt in cap. fin. in princ. de prescrip. cum similit. idem probat Michael a Palat. lib. 4. de contract. & restit. cap. 10. col. fin. in ¶ filia in dotem recipientem rem per vsuram acquisitam vel pignus vsurarium pro dote, vt si hoc nouerit, & quod pater suus non restituit, vsuram illam teneatur restituere nisi in casu, quod ipse esset extreme indigens, quia tunc tantum poterit ex vsura illa vsurpare, quantum sibi lat est, vt extremam indigentiam suam suppleat, quia haec dos est aliena, & pater non potuit titulo lucratiuo eam transferre in filiam, Quandoquidem, vt supponimus, ex hac translatione redditus est impotens ad restituendum vsuram quam debet: fructus autem bona fide perceptos a genero, quando probabiliter ignorauit rem in dotem datam, vel pignus pro eo esse vsurarium, facit suos, & quamvis postea hoc sciat, non tenebitur eos restituere, quoniam ex eis sustinuit onera matrimonij; secus si gener sciebat rem in dotem datam, vel pignus pro ea esse vsurarium: tunc enim non potest fructibus nec dote frui, nisi consentiente mutuatario quia haec aliena sunt, & mala fide eis vtitur, ideo tenebitur ea restituere, etiam si consumperit, non vxori, sed mutuatario secundum Palat. ubi supra. Quid autem erit, si filia recipiat in dotem pecuniam vsurariam, quam solum pater habebat videndus est Abb. in cap. cum tu, num. 13. de vsur. & ibi caeteri Dd. & de supra dictis agit nouissime breuiter Lud. Carb. ubi supra, d. quest. 57. in 6. conclus.

Ex ¶ supra dictis decidenda venit altera questio; An bona vsurarij sint a iure tacite hypothecata pro vsurarum restitutione? Gloss. etiam in cap. quanguam, verb. facultates, de vsur. in 6. & gloss. in c. tua nos, de vsur. verb. cogendi, versic. siuis potest dici, ubi quia omnia bona defuncti erant illi obligata, tenent partem affirmatiuam per text. in c. cum tu, eod. tit. ubi possessiones vero, qua de vsuris comparatae sunt, debent vendi, & ipsarum preia hiis, a quibus vsurae sunt extorta, restitui: & hanc opinionem tenet quoad omnia bona simpliciter Bald. in l. exequunt, col. 1. C. de exequutione rei iud. & in l. vlt. C. de seru. pign. dat. manum, Ripa in l. SCo, n. 9. ff. quibus cal. pig.

fig. tacit. contrah. & specialiter quoad bona empta ex pecunia vsuraria, vt sint hypothece submissa a iure, recenfer Lap. alleg. 74. & generaliter eandem sententiam probauit Palat. Rub. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 65. n. 23. cum seq. vbi ampliat etiam in bonis in dotem datis ab vsurario filiae suae, praeterquam si sit in pecunia numerata, quia tunc nec maritus, nec filia poterunt a creditoribus conueniri, secundum plures auctores, quos ibi in id citat: quam etiam generaliter, & praeterea in bonis in dotem datis tenet Angles in quest. de vsurario, c. c. pag. 280. versic. emens, & haec fuit communis opinio antiquorum, secundum Abb. in d. cap. tua nos, n. 7.

Sed nihilominus contrarium est tenendum, imo quod nulla tacita hypothece sit a iure inducta in bonis vsurarij pro restitutione vsurarum, & ideo eum, qui oneroso titulo bona vsurarij habuit, non posse conueniri, nec actione reali, nec personali ad vsurarium solutionem & restitutionem, etiam si eo tempore, quo illa bona acquisiuit vsurarius alia non haberet, ex quibus possit vsuras reddere: & ita hanc opinionem tenet Ioan. And. in d. cap. quanguam in nouell. & ibi Ioan. de Liogan. Anton. de Butr. in d. cap. tua nos, vbi Abb. d. n. 7. eam probat, dicens, quod moderiores communiter eam tenebant: idem Abb. n. 11. in d. cap. cum tu, super gloss. fin. Medin. in suo C. de restit. & vsura restituenda in respons. ad §. fundam. in versic. in quinto & vltimo fundamento, ubi nec obstat 143. & communiter Dd. in locis Ordinariis hanc sequuntur & restantur communem, Ant. de Fano de pignor. in 4. memb. 2. part. n. 155. Couar. d. lib. 3. varior. resol. cap. 3. n. 6. versic. his quidem prenotari, & in Manual. Latin. d. c. 27. n. 265. in versic. dico prenotari, ubi tertio & Syluest. verb. vsura, n. 6. n. 5. Thefaur. Chriti relig. cap. 67. n. 29. & Ludovic. Lopez in suo instructor. conscientia. 1. part. c. 111. col. 673. versic. nec ratio. & in 2. part. cap. 80. pag. 635. & seg. vbi allegat Sor. lib. 6. de iusticia & iur. quest. 1. art. 4. hanc nouissime probat Petr. a Nauar. lib. 3. de restit. c. 2. num. 394. vbi refert se laurius id agendum lib. 4. c. 4. & Ludovic. Carb. d. quest. 57. in 3. conclus. & ita est tenendum, quamvis Caiet. in opus. quest. 6. de vsur. q. 1.

43 necesse & Atagon. ubi supra, pag. 705. col. 1. censent, priorem opinionem procedere, vbi ¶ eo tempore, quo bona vsurarij ad tertium conueniunt, vsurarius ipse non habeat alias res, vnde possit debitoribus restituere vsuras, ad quem se refert Thefaur. ubi supra num. 34. hoc namque iure verum non est, quandoquidem nulla sit hoc casu a iure constituta hypothece, iuxta supra dictam communem sententiam. Possent tamen saluari, vbi tertius hic, tempore, quo eam rem acquirit ab vsurario, titulo etiam oneroso, scilicet tunc vsurarium esse obnoxium vsurarum restitutioni, nec aliunde eas posse reddere, quam ex illate: tunc enim admitti poterit, hunc tertium bonorum possessorem vsurarij cogendum fore, vel vsuras restituere, vel bona, quae ab vsurario habuit, debitoribus, a quibus vsurae extorta fuerunt, pro earum satisfactione tradere secundum Couar. ubi supra, quod mihi placet, & voluit gloss. in d. cap. cum tu, ubi: si vero ex alia causa,

44 puta quia emit ignorauit. Si ¶ vero tertius hic possessor bona vsurarij titulo lucratiuo adquisierit, de acquirendis canonice conueniri poterit, & ab eo pro restitutione vsurarum officio iudicis res sic acquisita auocari: & hoc quando bona empta ex pecunia vsuraria tertius adquisiuit. Si vero rem ipsam per vsuram acquisitam quis possideret, siue titulo oneroso, siue lucratiuo, siue scienter, siue ignoranter, indistincte poterit ab eo rei vendicari vnde tunc, cum nullum in vsurarium rei transferat dominium, ac proinde non valeat alienatio ipsius, tanquam de re aliena facta, vt praedi-

ximus, & in specie hac est communis sententia Dd. secundum Aragon. ubi supra, d. quest. 78. pag. 703. col. 1. vbi etiam, quod praedicta res in specie extans primum omnium est restituenda ei, a quo extorta est, cum fructibus in specie stantibus, etiam si alij sint creditores priuilegiati, & mulier pro dote, & hoc in vtroque foro.

Non ¶ obstat modo text. in d. cap. cum tu, de vsur. pro priori parte contra communem supra allegatum, quia text. ille nihil probat contra communem, quia tantum dicit, quod possessiones empta pecunia sciens debent vendi, & pretium solum illis, a quibus extorta fuerunt vsurae istud namque idem fieret, si possessiones empta fuissent de pecunia licite acquisita: Nec text. ille dicit, quod possessiones, quae de vsuris comparatae sunt, essent apud tertium titulo lucratiuo; & quamuis gloss. fin. ubi hoc dicit, illud tamen non ideo est, quod bona illa sint hypotheata: nam si ita esset, vendenda forent, etiam quando tertius ea possideret titulo oneroso, aliis bonis vsurarij deficientibus, quod fatius euidenter constat, sed venduntur ex quadam aequitate deducta a Icto in l. si me & Titium, ff. si cert. petat. & profecto benigna quadam interpretatione, secundum Couar. ubi supra, d. num. 6. in princ. ibi: hoc tamen non ideo fit, vt sic non solum a peccato sed etiam a peccato possint (quod per vsurarium extortionem incurrant) liberari, vt in d. c. cum tu in fin. verb. nec praedito tertio, a quo praefata possessiones auferuntur, pro solutione vsurarum, aliis bonis deficientibus non considerabilis iniuria fit, cum ipse titulo lucratiuo, vel si oneroso, scienter in eis successerit, quare ibi impuler.

46 Haeredes ¶ tamen vsurarij tenentur ad vsuratum restitutionem, siue filij sint, siue extranei: text. est expressus in cap. tua nos, de vsur. & ibi communiter Dd. Conducit text. in c. in literis, de raptor. & in c. vlt. de sepel. gloss. in cap. quanguam, verb. facultates, de vsur. in 6. est, quae communi omnium consensu receptum, secundum Couar. d. lib. 3. var. resol. c. 3. n. 7. in princ. & secundum Ant. Gom. 3. tom. c. 1. de delict. n. 85. versic. aduertendum tamen: & procedit non solum in foro exteriori, sed etiam in conscientia, secundum Mercad. de contract. c. 11. de como ha. de restitui el. vterque, fol. 116. col. 2. vers. lo primero, & Atagon. ubi supra, pag. 705. vbi hoc temperat, dummodo defunctus bona reliquerit: quod si non tanta reliquerit, quanta sunt debita, haeres in conscientia non tenetur vltra vires hereditarias, quicquid sit in foro exteriori, de quo agemus latius infra n. 65. Eandem communem sequitur loquens in foro conscientiae Lud. Carb. ubi supra, d. concl. 8.

47 Quod ¶ comprobari potest ex eo quod licet iure ciuili ex delicto defuncti haeres non tenetur, nisi licite cum defuncto contestata, vel ex ea parte, quae ad eum peruenit, vt l. 1. c. ex delict. defuncti. text. in §. non autem omnes, Instit. de perpetuis & tempor. act. l. ex iudiciorum, versic. ff. de accus. 1. 25. tit. 1. part. 7. latio tradit decis. Pedemont. 15. in princ. & Franc. Bec. conf. 9. m. 4. cum seqq. lib. 1. Quod ¶ procedat, etiam in actione personali pro ipsa, vel pro interesse vel damno, quia non competit de iure ciuili contra haeres delinquentis, nisi ipse decedat post litem contestatam, vel aliquid ad haeres perueniat, vel saltem facti sunt ex collocatione, vt ex pluribus iuribus & ex l. 3. tit. 15. part. 7. & ex l. 3. tit. 16. part. 7. probat Ant. Gom. ubi supra, limitans in conditione factiua, quia ¶ propter furti frequentiam 49 transit contra haeres pro estimatione, licet nihil ad eos perueniat, vt in l. si pro iure, §. fin. ff. de cordat. furtiu. & ibi communiter Dd. De ¶ iure tamen canonico 50 & eius aequitate haeres tenetur ex delicto defuncti ad rei restitutionem, & damni satisfactionem, etiam si ex eo crimine nihil ad eum peruenit, vel lis contestata non fuerit: Ita decreuit Summus Pontifex ex-

prelle in d. cap. fin. de sepult. vbi loquens in homicida, incendiario, violatore Ecclesiarum, incestuoso, & in eo, qui violentas manus iniecit in Ecclesiasticas personas, inquit text. quod heredes eius & propinqui, ad quos bona ipsius perueniunt, sunt compellendi censuram Ecclesiasticam, vt pro eodem satisfaciant. Idem in heredibus incendiarij Ecclesiarum probat text. in cap. in literis, de raptor. lbi: & heredes eius moneas, & compellas, vt is, quibus ille per incendiium, vel alio modo damna contra iustitiam irrogauerit, iuxta facultates suas condigno satisfaciant, vt sic a peccato valeant liberari: idem probat text. in cap. a nobis, 28. in fin. de sent. excom. & ibi notat gloss. fin. & alia plura iura cumulat Panom. ind. cap. fin. n. 5. & vbiq. gloss. & communiter Canonistae citati a Couar. d. lib. 3. var. resol. cap. 3. num. 7. & Iul. Clar. in sua pract. crim. §. fin. quest. 51. vtriusq. vltimus quor. nunquid heres, & decif. Pedem. 151. num. 5.

Itaque hoc discrimen reperitur expressum interius canonicum & civile, vt illo iure haeres teneatur ex delicto defuncti ad praedicta, etiam si ex eo crimine nihil ad eum peruenerit vel lis non fuerit contestata cum defuncto: non sic iure civili: ita gloss. nuncupatum in d. c. vlt. de sepul. communiter recepta, vt constat ex Henr. ibi & Abb. post. n. 6. & in d. c. in literis, n. 3. de raptorib. & testatur Anton. de Butr. Ruin. & Roder. Suar. colque referens D. Couar. vbi sup. d. n. 7. vers. & ideo, est communis secund. Angel. in summa verb. haeres, vers. vtrum haeres teneatur ex delicto, & Ant. Gom. vbi sup. d. n. 85. vers. ex quibus inferitur. Et hanc esse communem. Legistarum & Canonist. dicunt Petr. Duen. reg. 13. n. 12. Suar. alleg. 26. n. 4. & Mench. controuersiar. illust. c. 96. num. 27. vers. sexta limitatio, & Iul. Clar. in pract. crim. d. §. fin. quest. 51. vers. vtriusq. intelligit tamen hoc verum Abb. in d. c. fin. de sepul. col. penult. post Bart. in l. i. ff. de priuati. delict. quando actiones descendentes ex delicto defuncti, ex parte haereditatis sunt pnales, ex parte vero actus sunt rei persecutoria: scus vero si ex vtraque parte sint pnales, vt ibi per eos, quos refert & sequitur decif. Pedem. 151. n. 8. quod quidem probati videntur ex d. c. iuris canonici.

Hinc est, vt licet iure civili attentio, decedente stupratore virginis ante litem contestatam, non possint eius haeres conueniri pro damno, inter esse vel dote, de iure tamen canonico per suprad. contrarium erit dicendum, quia tenetur haeres exonerare conscientiam ipsius defuncti, secund. Colletar. in c. 1. eolum 2. de adult. quem refert & sequitur. Ant. Gom. vbi sup. n. 8. vers. ex quo ego.

Sed contra suprad. communem differentiam inter ius canon. & civile tenet Abb. in d. c. sepul. existimans, ius Pontificium minime a civili dissentire in hoc: sed ideo iure canon. teneri haeredem ad satisfactionem damni & laesionis illatae per defunctum, quia tacite saltem, ipsi defunctus decedens signis contritionis promissit, & iniunxit haeredibus illius damni compensationem, sicque haeres rationis huius tacitae permissionis vel praeccepti, potius quam ex delicto teneatur, idem Abb. in d. c. in literis, pro cuius opinio facit gloss. vlt. in d. c. a nobis 28. de sent. excommunic. dicens in proposito d. c. in literis de rapt. & d. c. vltimi, de sepul. quod cum ille defunctus poenituerit & contritus fuerit, quantum in se fuit, satisfaciit & per eum non sterit, unde haeres, ad quos bona perueniunt ipsius compellendi sunt satisfacere pro ipso, & sic gloss. illa intelligit praed. iura: quam gloss. probantur ibi Abb. & Felin. & dixit singulari Ang. de Clauar. in summa verb. haeres, §. 4. & alij plures relati per decif. Pedemont. vbi sup. n. 4.

Nihilominus tamen communis suprad. differentia est tenenda, quia ex d. c. tua nos, de vsuris, deduci potest,

haeres vsurarij teneri ad restitutionem, etsi is impenitens decesserit, secund. Bald. in l. 1. n. 13. C. ex delict. defuncti. Nec obest quod secund. Abb. vbi supra, illa decifio specialis est in vsurariis, quia trans vsurarij non tenetur ex delicto, sed ex quasi contractu, nempe conditione indebiti, iuxta gloss. communiter approbatam in c. Mich. de vsuris, verbo Pater, ibi: Quia haeres, & in c. Episcopum, 16. quasi. 6. Quia ratione Abb. & Anania in d. c. tua nos Bart. in l. n. 8. ff. de priuati. delict. & Aret. in rubr. ff. de acquir. hered. col. 3. censent, haeres vsurarij teneri omnino ad vsurarum restitutionem, non ex delicto defuncti, sed ex contractu: Hoc namque aperte fallum est quandoquidem non solum haeres vsurarij, sed etiam furis, incendiarij & raptoris, aliorumque delinquentium, tenentur ad damni illati per suos defunctos satisfactionem, etiam si defunctus impenitens decesserit, in foro saltem exteriori Ecclesiast. & in foro conscientiae, vt tenet Faber. in §. pnales, Institut. de action. & Aret. vbi sup. atque Adrian. quod lib. 1. art. 1. quos refert & sequitur Cou. d. n. 7. late id comprobans, & opinionem Abb. suprad. contrariam ex professo improbans. Praeterea iura canonica supra citata obligant haeres praed. omnium delinquentium ad restitutionem & satisfact. laesionis atque damni illati per suos defunctos, id statuerunt atque sanxerunt pro exoneratione conscientiarum eorumdem, & vt peccato liberentur, vt ipsa proclamant, ad quam satisfactionem omnes naturali iure tenentur, non ex contractu nec quasi contractu, sed ex causa illata laesionis proximo, quia secund. Dium Augusti. non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, vt in reg. peccatum, de regulis, in 6. haeres igitur vsurarij non ex contractu, vel quasi, sui defuncti ad restitutionem vsurarum tenentur, cum si ad contractum defuncti respiciamus, potius tendit ad habendas vsuras, quam ad eas reddendas, sed ex delicto commissio in eas recipiendo atque exigendo, ex praedicto contractu pro exoneracione conscientiae eiusdem defuncti, vt a peccato liberetur.

Secundo, contra communem suprad. differentiam, cum addicione Decij in d. leg. pupillum, §. in haeres ff. de regulis, alia ratione nititur iurure Couar. vbi sup. n. 7. vers. vel quod forsan, vtriusq. existimans, etiam iure civili haeredem teneri ad satisfactionem damni illati ex delicto defuncti actione rei persecutoria, quamuis nihil ex eo crimine ad haeredem peruenerit, nec fuerit lis a defuncto contestata, quemadmodum & iure canonico, & in interiori animae iudicio ad id haeres tenetur: iura namque ciuilia, quibus decedenti haeredem non posse ex delicto defuncti conueniri, intelligenda sunt, inquit illi, quoad actionem penalem, vt poenam criminis soluat, non autem quoad damni illati persecutoriam, quia actione persecutoria rei & damni illati conueniri haeres propter crimen defuncti poterit adhuc in foro ciuili & saeculari: pro quo nouiter Couar. expendit text. in §. his autem verbis, in §. de leg. Aquil. quem singulariter appellat ipse, dum text. inquit, actionem legis Aquiliae penalem esse, quia non solum tanti quis obligatur, quantum dampnum dederit, sed aliquando longe plurius: ideoque constat, in haeredem actionem non transire, quae transitura fuisset, si vltra dampnum nunquam lis estimaretur: in idem citat l. pro fure, ff. de condit. furi & §. vlt. Instit. de obligat. quae ex quasi delict. nascuntur, qui text. loquuntur in conditione furui, praedictis Couar. quod licet omnium consensu (vt vidimus) asserueretur esse speciale ibi conditione furui, vt contra haeredem furis detur, ipse vero non videt congruam rationem differentiae inter dampnum illatum furti crimine, & illatum incendio, rapina similiue scelere, quantum ad ipsius damni reparacionem,

& proinde quod existimat dicendum in omnibus supradictis, idem in conditione furui statutum est: Quam opinionem aduersus communem tenuit prius Abb. in d. c. fin. col. penult. de sepul. communiter tenet prius Abb. in d. c. fin. col. penult. de sepul. post Bartol. in l. i. ff. de priuati. delict. quos sequitur alios allegans decif. Pedemontan. 151. n. 8. Hac tamen opinio etsi subtilis sit ac in scholis sustentabilis, nihilominus tenenda non est, sed communis, quae bene probatur in iuris. supra pro eo allegatis. Nec obstat text. in d. §. his autem verbis, in §. de l. Aquil. in verbis supra relatis, ibi: Quae transitura fuisset, si vltra dampnum nunquam lis estimaretur: quia haec verba huc tendunt, vt probent actionem sui natura non penalem transire ad haeredem, vt ipsamet expresse sonant, ibi: Si vltra dampnum nunquam lis estimaretur: quo casu nos non loquimur, sed quando actio de sui natura est penalis, vt contingit in actione legis Aquiliae, quae ob id nullo modo transiret in haeredem de iure ciuili, vt idemmet text. probat, ibi: Penalem esse huiusmodi actionem, iunctis verbis statim sequ. ideoque constat in haeredem eam actionem non transire: itaque sentus clatus, planus & verior illius text. is est, nempe, quod actio legis Aquiliae est penalis, & ideo ad haeredem non transit, quae transitura fuisset, si sui natura penalis non esset, hoc est, si vltra dampnum nunquam estimaretur; tunc namque dicitur non esse penalis, quia si aliquando vltra dampnum estimaretur, licet in aliquo casu id cessaret, adhuc non transiret etiam eodem casu ad haeredem, eo, quod sui natura alia vltra-dampnum estimatur: Propria namque natura inspicienda est, & iuxta illam iudicandum, non vero secund. accidentalem, iuxta gloss. ibi: verb. estimaretur, & communiter Doct. sicque potius ille text. est expressus pro communi supra dicta sententia recte intellectus, quam contra eam, dum in eo probatur, actionem penalem non transire ad haeredem, scus in actione sui natura non penal. In conditione autem furui, vt praediximus, ideo iura aliud voluerunt, nempe, quod transeat ad haeredem, in quibus penalis sit, propter frequentiam nempe criminis furti in eiusque odium, quae ratio satis vrgens est. Secundo communis sententia praedicta, quae habet, quod iure ciuili attentio actio penal. non transiret regulariter ad haeredem, quando ad eum nihil pertinet ex eo crimine, nec fuit lis contestata cum defuncto, limitatur in actione penal. oriente ex contractu, haec namque transit ad haeredem, si dolus commissus in contractu, vel circa contractum, putgatur per actionem orientem ex illo contractu, & non per actionem aliunde descendentem: ita notabiliter distinguit Bart. in l. i. ff. de priuati. delict. quem sequuntur Bald. in l. 1. sub n. 13. & Salycet. ad fin. C. ex delicti defuncti. quos refert & sequitur Angel. in §. non autem, num. 6. Instit. de perpet. & temporal. action. & omnes supra dictos referens Francisc. Bec. consil. 9. num. 11. lib. 1. narrata enim contractus est, vt actiones ex eo descendentes transeant ad haeres, & ideo merito haeres tenentur, l. quasi sum. §. fin. inunct. l. cum precario, ff. de precariis, Salycet. Angel. & Bec. vbi supra. Quo fit, vt si sit adiectus modus in contractu, non impleto modo, res transmittitur & vendicatur, & conditio & vendicatio actiones ciuiles sunt, & ad rem dantur, non ad vindictam defuncti, & ex contractu nascuntur, quia sic fuit conuentum: & licet res restituatur, quia delictum commissum fuit, & pacta non seruata, actio tamen iudicabitur secundum propriam naturam & aptitudinem, quae originaliter est iudicis & persecutoria, nec inuehemur, quod superuenit & accidit, scilicet delictum, ob quod perdit contractus, secund. Andream de Hernia in c. 1. §. porro, sub n. 28. quest. 1. causa beneficij

amittend. quem refert & sequitur sic declarans hanc materiam Bec. vbi sup. sic etiam locator potest ob pensionem non solutam expellere conductorem vel eius haeres, secund. Alex. cons. 131. in causa. n. 6. lib. 2. quem sequitur Bec. vbi supra. Verum iure canonico, vt praediximus, communis praedict. sententia non procedit: Hoc siquidem iure actio etiam penal. licet nihil ex eo crimine ad haeredem peruenerit, nec lis fuerit cum defuncto contestata, in haeredem transit: quod etiam seruandum esse existimo in foro ciuili, cum concernat peccatum, puta, quia id ideo dispositum est iure canonico, vt defunctus a peccato liberetur, & pro exoneracione conscientiae eiusdem, vt diximus: sed in concernentibus peccatum standum est etiam in foro ciuili iuri canonico, iuxta text. cum gloss. ibi: communiter Dd. in c. fin. de prescript. tamen decif. Pedemont. post Ruin. & Franc. Tigrin. atque Vgolium, quos refert & sequitur d. decif. n. 6. & 7. teneat contrarium, nempe, quod in tertis non subiectis ratione temporalitatis Ecclesiae ius canonicum, vbi duobus modis, non tamen concludentibus meo iudicio, respondet nostro fundam. praed. nempe quod in concernentibus peccatum standum sit iuri canonico, etiam in foro ciuili, praetertquam quod illae euasiones factae contra communem sententiam, qua probatur d. fundamentum. Haeres autem transmissum non in solidum, sed pro portionibus haereditariis tenentur: sicur pro alijs debitis, vt nuncupatum probat Syluest. in summa verb. vlt. ra 6. n. 10. vers. secunda & Nauar. in man. Latin. c. 17. n. 278. quidquid aliud senserit Angles vbi sup. in q. de vsurarij, pag. 281. in princ. & Syluest. vbi sup. in vers. quod limitat, & Mercado vbi sup. d. c. 11. fol. 117. in princ. limitans, quando in haereditate esset aliqua res per vsuram acquisita, vel ex pecunia fenebri titulo lucratiuo, qua eam habens tenetur in solidum ad restitutionem eius, quod comprobari potest ex supradictis: sequitur Petr. a Nauar. l. 3. de restit. c. 2. num. 4. §. vbi etiam loquitur, quando haeres successit in crimine vsurarum, & addit, quod alias tenentur pro vtriusq. haereditariis: & quod haeres vsurarij obligentur tantum restituere pro ratione tantum haereditatis acceptae, etiam si non confecerint inuentarium, est communis secund. Lud. Carb. vbi supra d. q. 57. in 8. conclus. vers. obligantur. Si tamen respectu aliorum debitorum ex causa licita, alter pro illo non teneatur iure ciuili, vt in l. legatorum, ff. de legat. 2. in foro tamen canonico tenentur caeteri haeres vsurarij in solidum fauore animae defuncti, vt citius liberetur ex integra satisfactione, per d. cap. tua nos, & ibi gl. & ita communiter tenetur & praedicatur secund. Syluest. vbi supra vers. tertium, & ante eum tenent Hostiens. in dict. c. tua, de vsur. & est communis opinio, vt attestatur Alciar. in l. 2. §. haerum. n. 3. in fin. ff. de verborum oblig. quem refert idem sequutus Iul. Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 51. vers. sed pone, sequitur Nau. vbi supra. Quod est intelligendum, secund. iplos, iuxta vires haereditarias, & haec communis sententia omnino in praxi sequenda est fauore animae defuncti, vt praediximus: tamen Anton. de But. quem refert Syluest. vbi supra in puncto iuris teneat contrarium, nempe, nihil in hac specie esse speciale, sed sicut in caeteris debitis defuncti haeres tenentur pro portione haereditaria confecto inuentario, & vnus pro altero non tenetur, ita & in hac specie idem dicendum sit: quam opinionem equiorem & veriores esse putat eam probans Medina de restit. c. de vsur. restit. in respons. ad §. in vers. in quinto & vlt. arg. de vsur. restit. in respons. ad §. in vers. in quinto & vlt. arg. vbi tamen priorem opin. fateretur fuisse communem

antiquiorum Canonistarum, & opin. Medin. referens alios eam tenentes, sequitur Petr. à Nauar. lib. 3. de restit. c. 2. n. 12. cum seqq. precipue n. n. 14. hanc etiam sequitur Palat. lib. 4. de contrah. & restit. c. 9. pag. 342. in fin. nihilominus tenendum est quod prædixi.

67 Dubitari tamen solet in proposito: An hæredes, qui ex delicto defuncti tenentur iuxta proxime dicta, teneantur etiam ultra vires hereditarias, si inuentarium non consecuerint? Et pars affirmatiua videtur prima facie tenenda, ex eo, quod hæredes tenentur in solidum ad soluenda debita defuncti non confecto inuentario, ut in l. fi. §. si vero postquam, C. de iur. de lib. & in l. 10. iii. c. p. 6. sed damni illati proximo à defuncto restitutio inter vere debita computari debet, imò à fortiori in hoc idem videtur dicendum, quod in aliis debitibus, nempe ut citius anima defuncti à peccato liberetur, ut in d. c. in literis, cum similib. de rapior. Secundo quia hæres non tenetur ex delicto defuncti aliqua dispositione iuris speciali, sed ex tacito præcepto testantis, qui penitens decesserit: & in terminis ex hoc fundamentum ita tenet Abb. in d. c. in literis, vbi gloss. idem Abb. in d. c. eas, & sequitur Paul. Cast. in rubric. ff. de acquir. hered. vbi Aret. col. 3. eam defendit in vltis, licet in reliquis aliud teneat.

Sed contrarium simpliciter in omnibus ex delicto prouocantibus, nempe hæredes, qui non consecuerunt inuentarium, ultra vires hereditarias minime tenentur, probati potest atque tenendum videtur primo ex eo, quod præter (ne dicam contra) iuris regulas ex delicto defuncti conueniantur. Præterea & secundo per textum in cap. quinquam, de usur. in 6. & in d. c. tua nos, & d. c. in literis, quibus hæc satisfactio iniungitur hæredibus, iuxta facultates defunctorum. Tertio, in c. cum tu, de usur. in fin. vbi usurarius propter papertatem excusatur à pena & restitutione: Ergo idem dicendum est in ipsius hæredibus. Quarto, quia in his casibus hæredes ex delicto defuncti, potius quam ex contractu conueniuntur, unde oportet rigorem hunc aliqua equitate temperari: & ita hanc opinionem tenent atque probantur Federic. de Senis consil. 12. Ioan. And. Dominicus & Franc. in d. cap. quinquam, super gloss. mandauerint, Henric. in d. cap. ult. de sepult. Aret. consil. 148. col. vlt. Anania in d. c. tua nos, & latius in d. c. in literis, vbi num. 7. eam dicit esse communem: quod etiam testantur Ruin. consil. 20. circa finem, l. 4. & Couar. eam sequutus expressè d. c. 3. n. 8. & Bossius in sua præct. crimin. in tit. de panis, num. 34. Denique & Iul. Clar. vbi supra in vers. scias tamen, & est crebrior sentent. secund. decil. Pedemon. 151. n. 9. qui eam sequitur, allegans ad idem Benedic. Cap. in suo lib. commun. opin. concl. & reg. c. 67. & Villalobos verb. heres, n. 2. est etiam communis secund. Ant. de Fano de pign. 4. membro. 2. p. imm. 124. vbi quod pro satisfactione delicti per defunctum commissi omnia bona delinquentis sint tacite hypothecata damnificato, siue prouenerint ad hæredes delinquentis siue ad alios tertios possessores, de quo tenendum quid sit, supra resoluitur. Et tenendo hanc sententiam, quæ vere communis est, non obstant duo fundamenta supra pro opinione contraria adducta, & non quidem primum, quia cessat ex fundamentis communis, quibus illud destruitur: non secundum, quia contrarium probauimus supra n. 62.

Nihilominus tamen in puncto iuris opinio præfata Abb. contra receptam sententiam iustius defendi potest, secundum D. Couar. vbi supra, & in foro conscientie eam probat Syluest. vbi supra, d. num. 10. vers. quantum: Fundamenta enim communis sententia non videntur, quia priora tria procedere videntur aut saltem intelligenda iuxta iuris dispositionem, nempe

confecto inuentario, alias scias, cum hæredes sint in culpa ipsam non conficiendo, si que ex propria culpa tenentur in solidum, cum possint illi damnum præcauere ad eundem hereditatem cum beneficio inuentarii, illudque conficiendo intra tempora ad id iure statuta. Quartum denique communis sententia fundamentum non astringit, sed de equitate non scripta procedit: nihil scias tamen in iudicando & consulendo tenenda est præfata & communis sententia, cum sit probata auctoritate tantorum Patrum, probabilibusque fundamentis fulta, quæ etsi dubia foret in foro exteriori, in interiori tamen animæ omnino secuta & tenenda est, quia lex ciuiliis aliud præcipiens est fundata super præsumptione, quod bona defuncti occultauerit hæres, qui inuentarium non fecerit atque ea subtraxerit, ut in aut. de hered. & Falc. §. si vero expressim: quibus in foro animæ standum non est, sed veritati secund. Bald. in l. cum quis, n. 14. vers. item postu, C. de iur. & facti ign. sequitur plures referens Francic. Mantie. de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 14. num. 14. Ita in terminis tenet Angel. in summa verb. heres, in q. vltim. heres teneatur ex delicto, vers. intellige in quantum, ibi & placet in conscientia, Syluest. d. verb. usura 6. num. 10. vers. quantum, ibi, in foro tamen animæ, & Mercad. d. cap. 11. de como ha de restituir el usuro, fol. 116. col. 2. vers. si que in conciencia, & Ludou. Lopez vbi supra, in 2. p. c. 80. pag. 687. vers. dicimus, vbi scias dicit esse in foro exteriori, nisi cum beneficio inuentarii hereditatem adirent: & ibi late agit, vtrum hæredum singuli in solidum teneantur, an duntaxat pro rata.

Imò vt constat ex eisdem, regulate est; vt hæres in foro animæ ad debita ultra vires hereditarias minime teneatur, non confecto inuentario, si reuera nihil occultauit, & quantum habuit, soluit, ex prædicatione, & quia consistenti creditur in omnibus, quod etiam tenet Hofr. in sua summa tit. de testam. §. penult. vers. quid si bona, & Ioan. Andr. in d. c. quinquam, de usur. lib. 6. in nouellis, Batt. in rubr. num. 3. ff. de acquir. hered. dicens, quod ita tenent Theologi, vt vidi in sententis eor. & ibi Alex. n. 7. idem Batt. in l. 1. n. 45. C. de sacrosanct. Ecclesiis, Felin. in c. 1. num. 44. de conit. dicit magis communem Ias in rubr. ff. de acquir. hered. num. 23. & 24. & communem profertur Carol. Ruin. consil. 20. l. 4. col. penult. Anch. consil. 402. & 411. Gratius consil. 91. n. 41. l. 1. Alciat. in c. nonis, n. 11. de indic. & in respons. 302. n. 3. vers. adduco, Boët. q. 3. num. 4. Decian. consil. 49. n. 60. lib. 2. Phanuc. in trati. de inuen. p. 7. n. 274. vbi alios refert, qui prope omnes loquuntur respectu creditorum, & D. Couar. in c. 1. n. 16. de rest. Segurain l. 1. §. si vir. xvorim. 125. ff. de acquir. poss. & ibi addit. Did. Perez, idem Perez in q. 10. proam. ordinamen. Regal. vers. lex iudem, col. 18. & est communis secund. Ioan. Orosio. in l. 2. n. 3. & 4. ff. de offic. procur. Cas. & secund. Mench. de success. creat. §. 1. n. 16. & §. 2. n. 12. eand. sequitur & dicit communem Abb. consil. 74. num. 9. in 2. p. consil. & Ant. Gom. plures referens in l. 3. Tur. n. 121. Palud. in d. d. 15. q. 2. art. 5. Syluest. in summa verb. hereditas 3. q. 5. & nouissime referens Petr. à Nauar. d. l. 3. de restit. c. 4. n. 172.

Contra hanc tamen receptissimam sententiam aui sunt tenere Federic. de Senis consil. 21. & nonnulli alij, opinantes nullum in hoc esse discrimen inter conscientia forum & iudiciale, eo mori fundamento, quod lex humana, que iusta est, etiam in foro animæ est seruanda, iuxta gloss. communiter receptam in cap. que in Ecclesiis, de const. tenent D. Thom. & communiter Theologi, 2. 2. q. 96. art. 4. Bart. & communiter Dd. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. diximus late lib. 2. præct. qq. 9. 179. n. 9. & 10. & nouissime beneprobans, alios allegans Menoch. l. 1. præsumpt. q. 88. n. 8. & 9. Sed illa lex, que

quæ non confecto inuentario cogit hereditaria onera subire in solidum, est iusta: Ergo in iudicio interiori etiam seruanda erit: & ita hanc opinionem ex aliis etiam fundamentis, inefficacibus tamen, sequitur Mench. dicit. §. 1. numero 16. Imol. tamen in rubr. ff. de acquir. hered. distinguit hoc inter hæredem scientem non sufficere vires hereditarias, & adhuc aduentem, vt hic in conscientia teneatur ultra vires hereditarias, inuentarium non conficiens, quia visus fuit quasi contrahere cum creditoribus, & velle seipsum obligare, & hæredem ignorantem, vt hic minime in conscientia ultra vires hereditarias teneatur: & idem hi dubitet, an sciverit, vel ignorauerit.

69 Sunt tamen qui supra d. communem sententiam, quoad legatarios tantum locum sibi vendicare teneant, opinionem vero Federic. & sequacium quoad legatarios probauit etiam D. Couar. vbi supra, d. n. 16. ad fin. & Mench. d. §. 2. n. 12. & Mol. etiam aduersus communem de iustitia & in iust. 2. dissertatione 217. col. 1331. cum seq.

70 Quid tenendum? Ego profecto communem sententiam probō, tam quoad creditores, cum quibus ipsa nuncupatim loquitur, & se habet, quam quoad legatarios à fortiori, vt quoque enim casu existimo veritas & receptius esse hæredem in foro animæ non teneri ultra vires hereditarias, quando quidem hæc est in eo verissima maxima, non esse standum præsumptioni, sed veritati, sed in nostra specie lex ciuiliis, vt diximus, fundatur in ea præsumptione, nempe, quod hæres non conficiens inuentarium, occultauerit vel subtraxerit bona defuncti, & ideo quod teneatur creditoribus & legatariis in solidum ultra vires hereditarias, vt prædiximus: Ergo in conscientia huic præsumptioni standum non est, quoties certum fuerit, alia bona defuncti non superesse, & nouissime post hæc scripta vidi Menoch. vbi supra, d. quæst. 88. num. 3. dicentem, quod hanc sententiam respectu legatario tenent omnes, & à fortiori de creditoribus hoc affirmant, & quoad creditores est magis recepta opinio, eamque in vtroque probat. Non oblat, quod præd. l. ciuiliis sit iusta, & ad proinde eam esse in foro conscientia quoque seruandam, quia fatemur iustam esse, sed tamen fundatam esse in præsumptione, quo casu lex, licet alias iusta, in foro conscientia non est seruanda, quando constat manifeste de veritate contraria, vt communitur omnes Theologi fatentur, estque verissimum. Comprobatur etiam, quia prædicta l. ciuiliis disponens contrarium, est penalis, ob non confectioem inuentarii: Ergo non obligat in conscientia ante condemnationem, iuxta receptissimam prope omnium sententiam, de qua alibi diximus laus. Potest tamen opinio Federic. de Senis, & cæterorum contrarium tenentium intelligi, quando creditores in iudicio & foro exteriori experientur, in quo hæres ille condemnatur, nam tunc parere tenetur sententia iudicis, etiam in foro conscientia, vt probat Menoch. d. num. 3. ibi, verum tamen, & num. 7.

71 Illud tamen t quod Bald. voluit in rubr. ff. de acquir. hered. indubitanter verum est, nempe, hæredem non conficientem inuentarium, in foro contentioso canonico non teneri ultra vires hereditarias, ex text. in c. Reginaldus in fin. de testam. ibi: Cumque inuentarium fecerit, & ita Baldus in hoc communiter reprobat per Dd. secundum Menoch. eos allegantem d. §. 1. n. 27. & addit. Bart. d. rubr. ff. de acquir. hered. sum. n. 3. vbi saluat opinionem Bald. in duobus casibus, de quibus ibi per eum.

72 Ecclesia t autem & clerici hæredes defuncti, an teneantur ultra vires hereditarias, si inuentarium non consecuerint, videndus est late de hoc agens Couar. d. c. 1. n. 14. de restam. & nouissime Aluarus Valasco. consular. 52. num. 47. & Molina d. dist. 217.

neantur ultra vires hereditarias, si inuentarium non consecuerint, videndus est late de hoc agens Couar. d. c. 1. n. 14. de restam. & nouissime Aluarus Valasco. consular. 52. num. 47. & Molina d. dist. 217.

S V M M A R I V M.

- 1 Manifestus usurarius testari non potest, etiam si penituerit atque usuras restitui mandauerit, nec tradendus est Ecclesiæ sepulture, nec admittendus ad Sacramenta Ecclesiæ, nisi de usuris plenarie satisfecerit iuxta eius facultates, vel de satisfaciendo idonee cauerit eis, qui eas habere debuerint, vel aliis eorum nomine expressa quantitate, si manifesta sit, aliquo arbitrio eius, qui cautionem receperit moderanda, &c. vt hic, nec obtentione eius quicquam accipias, ut in n. 2. sub panis oblatioe n. 1. & 2. aduersus recipientes eam ad Ecclesiasticam sepulcrum, vel eius oblationes contra formam prædictam.
- 2 Differentia inter decisiohem text. in c. quinquam, de usur. in 6. & c. quia in omnib. de usur. vbi prædicta continentur.
- 3 Cautio idonea in proposito intelligitur fideiussoria, vel pignoratitia, non autem simplex cautio, nisi fideiussorem vel pignora dare non possit, idque sit verissimile.
- 4 Manifestus usurarius in periculo mortis constitutus, si velit præd. cautionem præstare, & non possit, à quolibet sacerdote eius confessio audiri potest & absolui, & ab eam ab eo facultate, Episcopo eius confessionem declarat ab effectu de quo hic.
- 5 Manifestus usurarius est ille, qui palam & publice funerariam artem ita exercet, ut ipsa operis evidentia nullam excusationem habeat, ut quia tenet altare suum paratum, & n. 15.
- 6 Non satis est probare aliquem esse usurarium, nisi illa qualitas manifesti quoque probetur, & n. 22.
- 7 Manifestus usurarius non est, qui semel aut bis sub usura mutuo dedit pecuniam, licet hoc probetur.
- 8 Manifestus usurarius non solum dicitur ille, qui in foro omnibus videntibus sub usuris mutuat, sed etiam is, qui domi usuras assidue frequenterque exercet.
- 9 Prouocatio iudicis an sit necessaria super hoc manifesto, etiam de notorio crimine.
- 10 Ordo iuris an sit seruandus in notorio.
- 11 Manifestus usurarius dicitur, qui crimen ipsum confessus est in iudicio, vel etiam extra publice coram sacerdote & testibus, ita vt id in plurimum notitiam deuenit, & aliis modis, de quibus hic: sed contra n. 16. & 23. quod debet consisti sub usuris publice sepius, vel domi frequenter mutuas, & n. 24. an idem sit seruandum stractus de panis dicit. cap. quia in omnibus.
- 12 Manifestus usurarius dicitur etiam qui ob hoc crimen iam à iudice per sententiam damnatus est.
- 13 A communi opinione recedendum non est in iudicando & consulendo, etiam contra eam videretur casus legis.
- 14 Nomina verbalia requirunt frequentiam & in vno actu non verificantur.
- 15 Confessio iudicialis & sententia inducunt notorium iuris, non vero notorium facti, vt hic declaratur.
- 16 Argumenta in casibus in diocesi, de usur. appellantur iudicialia, vel alia aperissima & vrgentissima probationes.
- 17 Qualitas, in quale seu dispositio se fundat, debet ante omnia consistere.
- 18 Lex in quibus casibus deficit, non est nec actio utilis danda.